una petia de terra, q. est ortus et campus cum arboribus super se, in l. prope plebem S. Pauli, et tenet: unum caput in via publica, alterum in terra et media fossa suprascriptę plebis, latus in terra, quam suprascripti gg. sibi servaverunt, sicut termini sunt, alterum in terra et media fossa hospitalis S. Martini et Guittonis et Paganelli; quatinus Gratianus et T[ermucius] eorumque heredes ac proheredes terram cum arboribus super se habeant et detineant et fruantur ea, reddendo omni anno Uprando vel eius successo[ribus], ad mon., in mense aug. III star. de grano bono, iusto star. Luc. venditorio, et in mense sept. ad mon. unum carrum de bono musto, star. Luc. venditorio, tractum paratum. Si Termucius Luce ad habitandum venerit, suprascriptum tenimentum perdat, et Gratianus eiusque heredes ac proheredes reddere teneantur omni anno, sicut predictum est. Pena: arg. libr. X, in pena Luc. potestatis, consulum quoque et treuguanorum Luc., qui pro tempore fuerint. Haec acta sunt coram Accattapane qd. Guilielmi et Henrico qd. Toiani, Villano qd. Ardimanni. A. MCLXXIV, VIII id. aug., ind. VII. Suprascripti homines ibi fuere. Ugo not. imp.

*Originale:* D. 93.

1329. *Lucca, 2 Settembre 1174.*

A. MCLXXIV, IV non. sept., ind. VIII. Nos Cispus qd. Gerardi qd. Imilie, et Cosetta iugalis filia qd. Alberti, mihi Cosette consentiente marito meo, ubi interesse videtur notitia Urbiciani iudicis imp., a quo interrogata (sum) secundum edicti paginam, per hanc cartulam damus et tradimus libertatem tibi Bentho qd. Petri Menchi, tuisque filiis et filiabus et progeniei de manentia et omni colonaria ascripticia seu originaria conditione, et concedimus vobis omne vestrum peculium mobile et immobile, quod habetis vel habituri estis. Insuper vendimus et tradimus tibi omnes casas et terras et res cultas et incultas seu agrestes, quas a nobis tu vel aliqua persona pro te habebas et detinebas in l. et fin. Fibialla seu in alio aliquo l., unde omni anno solitus eras nobis reddere star. I de musto et octavam partem de alio star. et de quadraginta et octo partibus unam de albergariis omni anno. Recepimus pretium, sol. XXIII den. Luc. monete. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. et illius potestatis, quę Luce prefuerit, ac sol. CC Luc. monete. Act. Luce, in casa Opere S. Michaelis de Foro. S. m. iugalium, Cispus uxori consensit. Urbicianus iudex imp. interfui et ss.[1] S. m. Aldiberti qd. Gottefredi Cenami Baldicionis, prenominati Legalotre qd. Cighi tt. S. m. Uguicionis qd. Gui-

lielmini Capitis et Guilielmini ipsius Uguicionis filii tt. S. m. Versaloro qd. Martini atque Becchi qd. Guittonis tt. Urbicianus iudex et not. imp.[1]

*Originale:* A. 29. *Nel verso, da mano del sec. XII:* Carta redemptionis Benthi de Fibialla. *E da mano del sec. XII-XIII:* Iste carte sunt pignora, quousque Bonus *(?)* det nobis cartam permutationis suis expensis de quadam petia terre nostre, quam ipse vendidit [...] oblationem *(?)* nobis factam *(?)*. *Cf. il reg. seguente.*

[1] *È lo stesso* Urbicianus

1330. *Lucca, 2 Settembre 1174.*

A. MCLXXIV, IV non. sept., ind. VIII. Nos Cispus et Cosecta[1] damus et tradimus libertatem vobis Corso et Ranuccio gg. ff. qd. Martinuchi, vestrisque filiis et filiabus et vestre p(ro)geniei;[1] et concedimus vobis omne vestrum peculium;[1] insuper vendimus et tradimus vobis omnes casas[1] etc. in l. et fin. Fibialla[1] etc.

*Copia del sec. XII, di* Martinus invictissimi Frederici Rom. imp. iudex et not.*:* A. 35.

[1] *Segue come nel reg. precedente.*

1331. *Chiesa di S. Michele in Foro (Lucca), 10 Settembre 1174.*

Blanco iurisperitus et Leonese qd. Novilonis et Ubertus qd. Gallete Luc. causarum consules et treuguani, in ecl. S. Michaelis de Foro residentes, investierunt Partem missum eorum, quatinus, per eorum parabolam et ex publica Luc. civ. auctoritate, corporaliter mitteret in tenere et possessionem Schetham advocatum S. Martini, pro ipsa eccl., in uno masio, qui est in l. et fin. Masse Macinaie, et quem tenebat Carruccius manens Girardini qd. Ricci et quem masium predictus Girardinus non permittebat ecclesiam S. Martini laborare nec alteri locare, quia dicebat ipsum esse de suo masio, ut Schetha referebat pro eo; et e contra Schetha asserebat masium non pertinere Girardino ratione sui masii et quiete debere posse laborare et alteri locare pro iamdicta eccl., unde querimoniam faciebat; et Girardinus, tertio citatus, videlicet una vice pro tribus, ad causam faciendam, venire contempsit; tali lege atque tenore, quod qualicumque die dehinc ad unum annum Girardinus venerit ad iustitiam faciendam Schethe, pro predicta eccl., vel alii persone pro ea vel ipsi eccl. et dato convenienti pignore in manu consulum et treuguanorum ad eorum voluntatem et reddito primo quod pro hac investitione datum est, scilicet II sol. et VIII den. pro hoc breve et XII den. pro equitaturis et III de missis, hec possessio et teneris immissio in eum revertatur, ipso Schetha pro iamdicta eccl. vel alia persona pro ea semper

habente et lucrante fructus suprascripte terre pro rata temporis et semper habente licentiam et potestatem masium laborandi et alteri locandi; si post annum venerit, Schetha pro eccl. vel ipsa eccl., quomodo[1] possessoris fungatur et ille honere petitoris gravetur, quia in rem agitur et semper eccl. habente et lucrante fructus masii pro temporis rata et habendi predictam licentiam et semper primo reddatur, quod pro hac investitione datum est, tam infra annum quam et post, antequam causa fiat vel rationem habeat Girardinus, nisi cognitum fuerit quod predicta teneris immissio fraudulenter petita sit in totum vel in partem; tunc enim nichil de eo in quo fraus admissa fuerit, restituatur et fructus eo modo perceptos fraudatorem restituhere cogatur et salva ratione omnium aliarum personarum. Presentia: Signorecti qd. Girardi et Conetti qd. Armanni et Dosci qd. * * et aliorum. A. MCLXXIV, IV id. sept., ind. VIII. Comprobat hec acta Blanconis littera facta. Prefatus Parte ad predictum locum venit et Schetham pro predicta eccl. in tenere et possessionem corporaliter misit. Ildebrandus not. imp.

*Originale:* O. 33; *Regestum A, c. 48 v.*

1 *Così l'orig. per* commodo

1332. *Lucca, 19 Settembre 1174.*

Advenerunt Arlottus et Buiamons legitimi tutores Beatricis pupille et filie qd. Borgognonis Ga[itanum sacri pa]l. comitem et imp. missum, residentem in Luc. civ., in eccl. S. Cristofori de Arcu, et petierunt pro suprascripta pupilla quatin[us pro amo]re Dei et pro remedio anime imp. et sue daret auctoritatem atque decretum pupille vendendi unam suam petiam de terra, q. est campus cum arboribus, per mensura una cultra et medietas, vel si plus est; quam tenet Rainerius et eius filiaster, unde reddunt omni anno per totum aug. vel sept. ad starium Luc., in civ. Luca, VI staria frumenti et VI fabarum et VII de milio; que terra est parum subtus pontem S. Petri, et tenet: unum caput in fluvi[o Serclo], alterum in terra et media fossa Rolandi qd. Grilli Treuguani, latus in terra et media fossa Rossi de Poio, alterum in terra et media fossa S. Pontiani, pro utili[ta]te suprascripte pupille, videlicet pro solvendo debito paterno. Qui comes, cognita utilitate pupille, cum consilio Gualandi [et] Uberti iudicum, cum eo residentium, auctoritatem atque decretum vendictionem, auctoritate tutorum, faciendi suprascripte pupille dedit. A. MCLXXIV, XIII [kal.] oct., ind. VIII. Ego Beatrice pupilla et filia qd. Borgognonis, consentientibus et auctoritatem dantibus mihi Arlotto et Buiamonte tutoribus et mundualdis meis, ex decreto quoque Gai-

tani sacri pal. [comitis] et imp. missi, per hanc cartulam vendo et trado tibi Ildibrandino Boccainbarile unam petiam de terra, q. est campus cum arboribus, parum suptus pontem S. Petri, sicut undique per capita et latera atque mensura designatur supra. Recepi pretium Luc. den. libr. XVI. Pena dupli et sub pena Luc. consulum et treuguanorum presentium et futurorum vel alterius potestatis, que Luce pro tempore fuerit. Act. Luce. S. m. pupille, tutores sibi consenserunt et auctoritatem dederunt. S. m. Villani qd. Gerardi, Benedicti f. Signorecti, Brunecti qd. Petri tt. Rolandus Sornachi presens interfuit et Rolandus Tronbe presens erat, et promisit Ildibrandino non facturum litem vel molestiam de suprascripta terra, que sibi erat obligata pignori, et dehinc ad unum mensem disbrigabit eam ei a se, et sic se et suos heredes, in pena dupli et Luc. consulum et treuguanorum et Luc. potestatis, obligavit. Preterea suprascripti ff. qd. Alexandri promiserunt Ildibrandino, si ipse vel sui heredes habuerint litem vel molestiam de suprascripta terra, disbrigabunt eos,[1] et si dannum habuerint, emendabunt eis et actores et defensores erunt eis inde ab omni[2] persona et nominatim ab avia suprascripte pupille, et sic se et suos heredes, in pena dupli et Luc. consulum et treuguanorum et Luc. potestatis, obligaverunt. Ubertus iudex imp. interfui et ss. Gualandus iudex imp. his omnibus interfui et ss. Carus not. imp.

*Originale:* B. 7. *Nel verso, da mano del sec. XII:* De terra nostra prope pontem S. Petri.

[1] eos *è nell' interlineo.* [2] *Segue* homine *cancellato.*

1333. *Lucca, 24 Settembre 1174.*

A. MCLXXIV, VIII kal. oct., ind. VIII. Nos Malagalia[1] qd. Octonis et Lieta eius uxor et filia qd. Baronciuchi, michi Liete consentiente viro meo, ubi interfuit noctitia Leppi et Henrighecti gg. meorum, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus vobis Ugoni archipresb. eccl. et canonice S. Martini et presbiteris Tinioso et Guido cammerariis atque Benedicto item presb.[2] et Pandulfo diacono, recipientes pro vobis et pro aliis canonacis, ad partem suprascripte eccl., duas petias de terris, q. sunt campi cum arboribus, in l. Capannule u. d. in Greppo; prima tenet: unum caput in terra et media fossa Ugolini de Capriatico, alterum in terra Avocatorum,[3] sicut termini sunt, latus unum in terra Uguiccionis Veritade, sicut termini sunt, alterum in terra filiarum qd. Boccivanche; secunda est ibidem et tenet: unum caput in terra et media fossa hominibus de Brancalo, quam tenet eccl. S. Quirici de Capannule, al-

terum in terra suprascriptorum Avocatorum,[4] sicut termini sunt, latus unum in terra suprascriptarum filiarum qd. Boccivanghe, sicut termini sunt, alterum in terra predictorum hominum de Brancalo, sicut termini sunt. Inter ambo sunt per mensura mod. I,[5] vel si plus fuerint invente. Recepimus pretium, libr. XIV Luc. den.; de quibus fuerunt libr. VI de iudicio Tancredi Advocati Maioris, quas ipse iudicavit eccl. S. Martini pro remedio anime sue. Pena dupli et sub pena[6] duppli predictorum den. et Luc. consulum et treuguanorum presentium et fucturorum vel alterius potestatis, que Luce pro tempore dominabitur. Act. Luca, intus canonicam suprascripte eccl. S. Martini. S. m. iugalium, Malagalia uxori sue consensit. S. m. Michelis qd. Bari,[7] Laboratoris qd. Romani, Caronis qd. Viviani tt. Leo not. imp.

*Originale:* Q. 133; *Regestum A, c. 14; Regestum B, c. 12. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Leo: Malagalia iuravit per Domini evangelia, quod predictas terras habuit in dotem per alodium per priorem uxorem suam, et postquam eas habuit, tenuit eas per alodium per XXX annos, et quod non sunt obligate vel alienate alicui persone vel loco, quod sit danietas suprascripte eccl. vel canonacis. Suprascripti tt., ind. et dotale. Post hec Ugo archipresb., cum consilio et assensu predictorum canonicorum et aliorum, ex parte eccl. S. Martini, investivit per tenimentum Malagaliam de suprascriptis duabus petiis, quatinus ipse et sui heredes habeant et detineant eas per tenimentum in perpetuum, reddendo omni anno suprascripte eccl., Luce, ad canonicam per totum mensem aug. star. XIV de bono grano sicco, ad star. Luc. venditorium, qui pro tempore Luce percurrerit. Preterea promisit et convenit Malagalie non tollere ei vel suis heredibus suprascriptas terras (a)ut superinponere aliquid amplius, donec ita persolverint, et ita se et suos succes(s)ores, sub omnibus suprascriptis penis, [ob]ligavit. Malagalia promisit et convenit Ugoni archipresb. annuatim, ut dictum est, reddere prefatum affictum *(le parole* prefatum afflictum *sono scritte su rasura)* et tenere et non peiorare terras *(*terras *è nell' interlineo)* et ita se et suos heredes, sub omnibus suprascriptis penis, obligavit. Si anuatim ut dictum est non persolverint, debeant amictere omne ius et actionem et melioramentum, quod in predictis terris habuerint. Suprascripti tt., ind. et dotale. *Nel verso della carta, da mano del sec. XIII:* Renovatum est in persona Angerelli qd. Orlandini *(?)* qd. Malagallie de Capannore. Manu Ciabacti not. MCCLXII, XII aug.

[1] *Il Reg. A:* Emptio *etc.* a Malagallia qd. Ottonis de Capannure [2] item presb. *si ha nella ripetizione delle formule.* [3] *Il Reg. A:* que (terra) est canonice S. Martini [4] *Il Reg. A:* alterum in terra, quam tenent Advocati a canonica S. Martini [5] *Il Reg. A:* cultra una [6] sub pena *è nell' interlineo.* [7] Michelis qd. Bari *è scritto su rasura.*

1334. *2 Novembre, 1174.*

Lis que vertebatur inter Schettham advocatum eccl. S. Martini, ab una parte, pro ipsa eccl. et Pucum qd. Ugolini pro se et patruo[1] suo, ab alia, facto sacramento calunnie, de quo tenerentur inter se et omnibus consulibus et treuguanis, quamdiu causa duraret, delata coram Blancone iurisperito et Leonese qd. Novilonis et Uberto qd. Gallete Luc. causarum consulibus et treuguanis, talis erat: Requirebat Schettha pro predicta eccl. a Puco, pro se

et patruo suo, VI star. de blava per annum de sex annis retro III star. de grano et III de fabis, quia dicebat patrem Puci et patruum et eorum antecessores reddidisse eccl. S. Martini[2] predictam blavam per LX annos; Puco negabat dare debere, set confitebatur inter patrem et patruum et antecessores reddidisse blavam eccl. S. Martini per LX annos et ultra, et confitebatur per sex annos stetisse quod non reddidit blavam predicte eccl., inmo reddidit eam in domo qd.[3] Diversi per V annos, quia Bonadonna uxor Diversi suasit patri suo ecclesiam S. Martini fecisse permutationem cum domo qd. viri sui de terra illa, unde blava redditur, que est in Capannore, in l. u. d. Tregasi,[4] que est media cultra, parum plus vel minus, ut Puco dicebat. Schettha negabat permutationem factam fuisse, nec Puco credebat permutationem factam fuisse; item dicebat Schettha terram de Tregasi, unde blava redditur, esse[5] eccl. S. Martini; Puco confitebatur magis esse eccl. S. Martini quam alterius. Item requirebat Schettha a Puco, ut de cetero omni anno reddat pro se et patruo eccl. S. Martini VI star. de blava; Puco dubitabat dare debere propter controversiam, quam timebat sibi moveri a filio qd. Diversi, et postulabat a Schettha, si contingeret eum condempnari et querimoniam inde habere, quod Schettha defenderet eum a filio qd. Diversi, quod Schettha facere debere confitebatur. Litem diligenter cognitam et examinatam taliter prefati consules et treuguani per sententiam finierunt, Blancone dicente: In nomine Domini, amen. Ego Blanco, litis cognitor, et Luc. causarum consul et treuguanus, cum consilio et accordamento predictorum meorum sociorum, litem per sententiam sic diffinio: Pucum, ut dehinc ad IV menses persolvat Schetthe pro iamdicta eccl. XXXVI star. de blava, medietatem grani et medietatem fabarum condempno, et ut de cetero omni anno tribuat atque persolvat pro patruo suo et pro se VI star. de blava, medietatem grani et medietatem fabarum, condempno et Schettham pro iamdicta eccl. Pucum, aliquo tempore a filio Diversi conventum pro suprascripta terra, eum defendat, condempno. Presentia: Guinisi et Gualandi iudicum et Girardini qd. Paganini et aliorum. A. MCLXXIV, IV non. nov., ind. VIII. Comprobat hec acta Blanconis littera facta. Ildebrandus not. imp.

*Originale:* Q. 90; *Regestum A, c. 13 v; Regestum B, c. 12 v. Nel verso della carta, da mano del sec. XII-XIII:* Require donationem istius terre cum duobus aliis petiis in sacco terrarum diversorum plebatuum; *e da mano del sec. XIII:* Locata est terra hec Bonagiunte qd. Stephani; manu Ciabatti MCCLXIIII, IIII kal. dec. Hanc redditam facit modo Bonagiunta qd. Stephani de Capannore cum fratribus, star. III grani et III fabarum.

[1] *L'orig. ha:* patrao [2] *Il passo da* et eorum *a* S. Martini *è scritto su rasura.* [3] qd. *è nell' interlineo.* [4] *Il Reg. B:* in l. dicto Tregiase [5] esse *è nell' interlineo.*

1335. *Lucca, 20 Novembre 1174.*

Blancus iurisperitus et Leonese qd. Novilonis et Ubertus qd. Gallete Luc. causarum consules et treuguani, in eccl. S. Michaelis de Foro residen[tes], investierunt Bernardinum missum eorum, quatinus[1] mitteret in tenere et [pos]sessionem Schettham advocatum eccl. S. Martini pro ipsa eccl. in uno masio, quod est ad Massa Macinaia et quem tenebat Carruccius manens Cassesi pro sua portione, et quem masium Cassese non permittebat eccl. S. Martini laborare nec alteri locare;[1] tali lege etc.[1] et reddito primo quod pro hac investitione datum est, scilicet XII den. pro dato civitatis et XII pro hoc breve et XII pro equis et III d[e mi]ssis.[1] Presentia: Signorecti qd. Girardi et Guidi Strambi et Lavratoris qd. Ferolfi et Corsi qd. * *. A. MCLXXIV, XII kal. dec., ind. VIII. Ildebrandus not. imp.

*Originale:* O. 110; *Regestum A, c. 49.* *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Ildebrandus*:* Bernardinus ad predictum locum venit et Schettham pro suprascripta eccl. in tenere et possessionem corporaliter misit.

1 *Segue come nel reg. n. 1331.*

1336. *Guzzano, 26 Novembre 1174.*

A. MCLXXIV, VI kal. dec., ind. VI.[1] Nos Yldebrandinus et Raynone et Ugolinus gg. et qd. ff. Enrighi, prenominati Gualandi, et Guilia uxor suprascripti Raynonis et filia Yldebrandini, consentiente mihi viro meo, et Mabilia uxor predicti Yldebrandini, mihi viro meo consentiente, rationabiliter et legaliter a Gherardo iudice de S. Miniate interrogate, et Galiana relicta suprascripti Enrighi et qd. filia Yldebrandini vicecomitis, suprascriptis meis filiis mihi consentientibus, per hanc cartulam donamus et tradimus tibi Mabilie uxori Daynesi sorori nostre et filie iamdicti Enrighi omnes terras[2] cultas vel incultas, quas habuimus olim de casa Lambardorum Poppii, et sunt II mod., de quibus annuatim duos modios boni grani, ad star. affitali abatie de Ficeclo, per totum mensem aug., a quibusdam hominibus habitantibus in curte de Monte Falconis habere debebis. Has terras cum omni iure et actione nobis pertinente tibi donamus et tradimus inrevocabiliter. Recepimus meritum, unum par pellium a Daynese viro tuo. Repromittimus una cum nostris heredibus, ut si nos vobis intentionaverimus et non defenderimus, spondemus componere donationem in dupplum; atque per stipulationem sollepniter interpositam promittimus, et insuper penam arg. sol. mille. Act. adput villam de Guthano, infra domum predictorum gg. Iugales et Ugolinus et Caliana hanc cartulam fieri rogaverunt. Ugolinellus de Vignale et Sichelmus de Guthano et Stephanus qd.

Guerri et Turpinus qd. Opithini et Yldebrandinus qd. Oddi f. et Guidottus qd. f. P[ə?]rc[a?]lli et Benedictus de Ve *(?)* [...]. [I]ldebrandinus qd. Teuthi de *(?)* comitato *(?)* Luc. *(?)* tt. Vetus Frederici inp. not.

*Originale:* S. 136. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Vetus*:* Predicti iugales et Ugolinus et Galiana iamdictum Ugolinellum ceperunt per manum dexteram et sic dederunt eum in manu iamdi[c]ti Daynesi, vice Mabilie, ut eum in proprietatem et possessione[m] mitteret.

1 *Nel nov. 1174 correva l'ind. greca VIII.* 2 terras *è nell'interlineo.*

1337. *Lucca, 1 Dicembre 1174.*

A. MCLXXIV, ipsa die kal. dec., ind. VIII. Nos Tiniosus can. et cammerarius eccl. et canonice S. Martini, cum consensu et acordamento presb. Benedicti can. et sacrestani eiusdem eccl. et Bonelli et magistri Pandolfi diaconi et magistri Armanni subdiac. nostrorum confratum, per hanc cartulam, ex parte suprascripte eccl., vendimus et tradimus tibi Spine qd. Banbacelli tredecim[1] petias de terris, quas a nobis detinebat Martinus de Vurno et Vitalioro gg. qd. Signorecti, unde soliti erant nobis reddere omni anno star. XL de[2] vino et den. X pensionem, item den. III pascioraticos, quas omnes predictas terras est in l. et fin. Massa Macenaria u. d. Custogiore; prima est vinea in orto; quę tenet: unum caput cum uno latere in terra Gerardini qd. Morectini, quam detinet Vitalis qd. * * et Palmentum qd. Petri, quę est suum alodium, et aliquantulum in via publica, alius caput in terra suprascripti Vitalis et Palmenti et aliquantulum in via, alius latus in terra suprascripti Spine; secunda est ibidem, vinea, prope locum Canale; quę tenet: unum caput in terra suprascripti Gerardini, quam detinet suprascriptus Vitalis et Palmentum, alius caput et medio latere in terra Gualandi et Pelaviscini qd. Tiniosi, ambo latera in terra suprascripti Spine; tertia est vinea in orto ibidem de monte, quem Spina deganiavit cum suprascriptus Vitalis et Palmentum; tenet: unum caput in via publica, alius in terra suprascripti Gerardini, latus in terra suprascripti Spine; [qu]arta est campus in l. Ribarcori; quę tenet: unum caput in terra suprascripti Gerardini, alius in terra Oneschi qd. Henrici, latus unum in terra suprascripti Spine, alius [in] rivo; quinta ibidem prope, in Ritundoro, et est campus; quę tenet: unum caput in terra suprascripti Spine, alius in terra Ruspilii qd. Tiniosi, latus unum in terra [suprascripti? Ger]ardini, quam detinet Palmentum, alius in terra Gerardi qd. Gregori et in terra suprascripti Spine; sexta est silva in Costa; tenet: unum caput in terra suprascripti Spi[ne, aliud] in terra suprascripti Gerardini, latus unum in terra suprascripti Spine et in terra Vitalis et Palmenti, alius in terra

suprascripti Gerardini et aliquantulum in terra suprascripti Spine; [septim]a est silva[3] in Canale; que tenet: unum caput in terra Gualandi, alius in terra suprascripti Vitalis et Palmenti, ambo latera in terra suprascripti Gerar[dini?]; octava est vinea a Schaphiano; que tenet: unum caput in via publica, alius cum uno latere in terra suprascripti Gerardini, alius latus in terra suprascripti Spine; nona est ibidem et est vinea; que tenet: unum caput in terra Guidi et Gerardini gg. qd. Ricci, alius in terra suprascripti Gerardini, latus unum in via publica, alius in terra suprascripti Spine; decima est silva in Fracta, ad Botrium; que tenet: unum caput in terra suprascripti Spine, alius in terra Magiori qd. * * et de suis consortibus, ambo latera in terra suprascripti Gerardini; undecima est silva in Monte; quę tenet: unum caput in classo, alius cum uno latere in terra suprascripti Gerardini, alius latus in terra suprascripti Spine; duodecima est ibidem; que tenet: unum caput in terra suprascripti Gerardini, alius in terra Maiori et de suis consortibus, latus unum in terra suprascripti Spine, alius in terra suprascripti Gualandi et de suis consortibus; tertiadecima est buscus ad terram * *; que tenet: unum caput cum uno latere in terra suprascripti Gerardini, alius latus in rivo, latus unum in terra suprascripti Spine. Recepimus pretium, libr. VI den. Luc. monete,[4] quas dedimus pro dato Luc. civitatis, quos inminebat suprascripte eccl. Pena dupli [et sub pe]na consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. et de illa potestate, que Lucam distringeret. Act. Luce, intus canonicam S. Martini. Tiniosus presb. et can. ss. Benedictus presb. et can. S. Martini ss.[5] S. m. Oneschi qd. Henrici, Turrichi qd. Gottifredi, Corsi qd. Ildebrandi tt. Vitalis not. imp.

*Originale:* O. 52.

[1] tre- *è scritto su rasura.* [2] *Il passo da* a nobis *a* de *è scritto su rasura.* [3] silva *è nell'interlineo.* [4] *L'orig. ha:* monenete [5] *Sotto v'è uno spazio in bianco.*

1338. *Anchiano (Lucca), 1 Febbraio 1175.*

A. MCLXXV, die kal. febr., ind. VIII. Nos Rolandus qd. Tiniosi et Palia iugales et (filia) qd. Aldibrandi, mihi Palie consentiente viro meo, interveniente mihi notitia Iacopi iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus vobis Marcimbo qd. Bornecti et Gerardino qd. * * nostram portionem pro indiviso, quę est quarta portio, de una petia de terra cum casa solariata super se et cum curticella a parte septemtrionis, quę est in civ. Luca, prope eccl. S. Quirici de Pellaria, et tenet: unum caput in via publica, cum

curticella infra se, alterum in terra et medio muro de casa Truffe qd. Mediilombardi, latus unum in terra et media claudenda cum mediis columnis de casa Rolandini Aguidanie et aliquantulum in curia, quę est ante suprascriptam eccl., alterum in terra et medio muro, aut si plus medio muro nobis pertinet, de casa Sesmondi, sicut gronda super eius tectum cadit et aliquantulum in classatello, item sicut gronda cadit. Pretium recepimus, VI libr. et XV sol. Luc. den. Pena dupli, in pena consulum et treuguanorum Luc. et Luc. potesta[tis] presentium et futurorum et V libr. arg. Act. Anch[ian]o. S. m. iugalium, Rolandus uxori sue consensit, Iacopus iudex ad interrogandum eam interfuit. S. m. Accursi qd. Amici, Octubris qd. Brunecti, Henrici f. Sifreduccii de Anchiano tt. Ildebrandinus not. imp.

*Originale:* N. 109.

1339. *Lucca, 4 Febbraio 1175.*

A. MCLXXV, prid. non. febr., ind. VIII. Nos Lambertus qd. Turchii et Deotidia eius uxor et qd. filia Ferolfi, consentiente mihi Deotidię viro meo, interveniente mihi notitia Uberti iudicis imp., a quo interrogata (sum) secundum ędicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus vobis Manno et Angelo atque Henrico gg. qd. Moreccii medietatem et vobis Coco et Biscio gg. qd. Picchii alteram medietatem de una petia de terra, q. est campus, in l. et fin. Tassignani u. d. in Vado, et tenet: unum caput in terra Henrici g. mei Lamberti, sicut termini sunt, alterum in terra et media fossa filiorum qd. Pagani, latus in terra et media fossa S. Stephani de Tassignano et in media fossa Cochi, alterum in terra et media fossa filiorum qd. Pagani et in terra et media fossa suprascripti Henrici. Est per mensuram cum pert. mensurata mod. V et star. IV et medium. A vobis omnibus pretium accepimus, XXXIV libr. Luc. den., minus III sol. Pena dupli et arg. libr. XXX, in pena Luc. potestatis, consulum quoque et treuguanorum Luc., qui et quę sunt vel fuerint. Act. Lucę. S. m. iugalium, Lambertus uxori suę consensit. S. m. Ildibrandi qd. Rolandi, Ugolini de Pero qd. Henrici, Rolanducii qd. Beralducii tt. Ugo not. imp.

*Originale:* D. 11. *Nel verso, da mano del sec. XII-XIII:* Carta presbiteri Bene de Villa, pro sol. V.

1340. *Lucca, 22 Febbraio 1175.*

A. MCLXXV, VIII kal. mar., ind. VIII. Manifestus sum ego Villanus f. qd. Cigoli Galli, quia tu Guido presb. et rector ęccl. S. Petri de Ponte Marchionis per cartulam libell. nom. ad censum perexsolv. dedisti mihi unam petiam de terra suprascripte ęccl.,

q. est casalinus et cum arboribus super se, prope ęccl. et pontem; quę tenet: unum caput in fluvio Serchio, alterum cum utroque latere, secundum quod signata et terminata est, tenet in terra, quam ad partem ęccl. reservasti. Dedisti, ut in mea et de meis heredibus ac proheredibus sit potestate predictam petiam habendi atque fruendi. Tibi vel tuis successoribus ac prosuccessoribus per singulos annos in mense febr. reddere debeamus, vobis seu ad ministerialem, q. per tempora ęccl. gubernationem habuerit, sol. v den. publice expendibilium Luc. monete, ad partem ęccl., et ille q. hanc pensionem detulerit, debeat annuatim habere a predicta eccl., cum pensionem detulerit, unum manducare, panem et vinum et companaticum, bene et convenienter. Pena: cc sol. suprascripte mon. et sub pena potestatis Luc., consulum quoque et treguanorum presentium et futurorum Luc. Duo libelli. Act. Luce, u. d. in Curte filiorum Cristofani. S. m. Villani. S. m. Datadei qd. Ciattorne, Bonfilioli qd. Bonelli tt. S. m. Ricci qd. Volte atque Bernardi qd. Rusticucci tt. Urbicianus iudex et not. imp.

*Originale:* B. 54.

1341. *Vivinaia, 2 Marzo 1175.*

A. MCLXXV, VI non. mar., ind. VIII. Ego Borgongionus qd. Armanni per hanc cartulam, pignoris nomine, do et trado atque obligo vobis Rainaldo f. Letoli et Guarmingioni f. Lucardini duas petias de terris; prima est in l. u. d. ad Collem Compaldi; que tenet: unum caput in Ralla, alterum in * *, latus unum in terra Savinelli et suorum consortum, alterum in terra mea et Mainetti g. mei; altera petia est in l. u. d. ad Vaccareciam iusta Varotti; que tenet: unum caput in terra Besii de Comallo, alterum in terra de casa Ardemmannatica, latus unum in terra Pesciatina, alterum in terra heredis qd. Varotti. Has petias trado et obligo pro VIIII libr. den.,[1] quas vobis reddere debeo; tali pacto et conventione, quod Rainaldus et Guarmingionus vel eorum heredes debent habere et usufructuare terras, quousque Borgongionus vel eius heredes persolverint Rainaldo etc. VIIII libr. den., ad voluntatem sui prenditoris, per totum mensem mar., ita quod terre non sint blavate; et si blavate fuerint, habeant racionem laboratoris. Pena dupli et sub pena consulum et tregguanorum Luc. vel potestatis presentis vel future, que Luc. civ. distrinxerit. Act. in castro de Vivinaria. Borgongionus hanc cartulam fieri rogavit. Vicinus qd. Iohannis et Artusius de Colodi et Bene qd. Paganucii et Girarducius qd. Saselli tt. interfuerunt. Aldricus not. imp.

*Originale:* T. 54.

1 den. *è nell' interlineo.*

1342. *Ferentino, 25 Marzo (1175).*

Alexander (papa). R(olando) prep. et universis monachis S. Georgii. Congnito, qd. B., quondam prep. vester, eccl. S. Mathei de Fossa Natali ab abbate Montis Viridis XL libr. olim emisset et turpe super hoc commertium contraxisset, nos contractum ipsum, sicut a b. m. antecessore nostro Adriano pp. in irritum revocatus fuerat, in irritum revocantes, vobis precipiendo mandamus, ut eandem eccl. cum omnibus bonis suis dimitteretis et de ea vos intromittere de cetero nullatenus[1] presumeretis. Vos vero, sicut accepimus, prelibatam eccl., quod grave gerimus omnimode, presumitis retinere. Ne autem inobedientiam et contumaciam vestram dura cogamur animadversione punire, per iterata vobis scripta mandamus, quod, infra XV dies post harum susceptionem, prelibatam eccl. cum omnibus bonis suis dimittatis et de ipsa vos intromittere ulterius presumatis. Quod si in inobedientia vestra duxeritis persistendum, nos electo et canonicis Luc. mandavimus, ut eccl. ipsam auctoritate nostra intrantes, eam vobis auferre nulla ratione postponant, et si super hoc eis violentiam intuleritis, in eccl. vestra divina prohibeant officia celebrari. Dat. Ferent., VIII kal. apr.

*Copia del sec. XII nel cod. della biblioteca Capit.:* 618, c. 151 v. *Mansi, XXI, 1081; Migne, CC, 1018, n. 1175; Jaffé, n. 8358; Jaffé-L., n. 12451; Kehr, Italia Pontificia, III, 443, n. 11.*

[1] *Segue* intromitteretis *cancellato.*

1343. *Ferentino, 25 Marzo (1175).*

Alexander (papa). W(ilielmo) electo et canonicis Luc. Audientes, qualiter B., quondam prep. S. Georgii, eccl. S. Mathei de Fossa Natali ab abb. Montis Viridis XL libr. emerit et quam turpe super hoc commertium contraxerit, R(olando) prep. et monachis S. Georgii mandavimus, ut eandem eccl. cum omnibus bonis suis dimitterent et de ea se intromittere nullatenus attemptarent; nam, sicut b. m. antecessor noster Adrianus pp., cum super hoc ad audientiam eius causa delata fuit, contractum ipsum, de communi fratrum consilio, in irritum revocavit, ita quoque nos eundem contractum in irritum curavimus revocare. Verum quoniam, sicut accepimus, predictus prep. et monachi prelibatam eccl. et bona ipsius per violentiam detinent occupata, nos tante presumptionis audaciam nolentes inpunitam relinquere aut quolibet modo substinere, ut quod simoniace acquisitum est, taliter detineatur, vobis mandamus quatinus, si predictus prep. et monachi prelibatam eccl. cum rebus suis ad commonitionem nostram dimittere forte noluerint, ipsam auctoritate nostra intretis et eam illis,

appellatione remota, penitus auferatis. Quod si violentiam aliquam super hoc vobis inferre presumpserint, in eccl. eorum divina prohibeatis officia celebrari. Dat. Ferent., VIII kal. apr.[1]

*Copia del sec. XII nel cod. della biblioteca Capit.:* 618, c. 151 v. *Baluze, Miscell., 2ª ed., I, 432; Migne, CC, 1017, n. 1174; Jaffé, n. 8357; Jaffé-L., n. 12450; Kehr, Italia Pontificia, III, 443, n. 12.*

1 *Il cod. aggiunge, scritto dalla stessa mano:* Et licet electo et canonicis super hoc communiter scriptum fuerit, non tamen est mirandum; electus, qualiter canonicus, in canonica tunc temporis morabatur; aliter enim sibi super hoc scriptum minime esset; et hoc a domino papa Alexandro, studio et sollicitudine Mathei presb. et S. Martini canonici, eo tempore domini Hu(baldi) Hostiensis ep. clerici, ad honorem b. Martini et utilitatem claustri pro anime sue remedio impetratum est. Orate pro eo diligenter.

1344. *Lucca, 1 Aprile 1175.*

Breve memorie, qualiter in Luc. civ., iuxta posterulam, q. d. S. Martini, intus eccl. S. Alexandri, presentia bonorum virorum nomina quorum inferius declarabuntur, lis et controversia q. vertebatur inter Rolanduccium, prenomine Scheçam, advocatum suprascripte eccl. et canonice S. Martini, litigantem pro ipsa eccl., et Ardiccum qd. Grilli treuguani advocatum eccl. S. Iohannis et S. Reparate, litigantem pro ipsa eccl., talis erat: Petebat Rolanduccius a suprascripto Ardicco, ut de cetero non inquietaret eccl. S. Martini habere ad sepelliendum cadavera mortuorum de una casa, q. est foris civ. Lucam, prope eccl. S. Colunbani, in orto edificata, qui fuit qd. Baldinocti fratris Preitericchi et modo est Bonoincontri qd. Bernarducci, quia dicebat eam domum esse territorii S. Martini et eccl. S. Martini iam exinde habuisse corpora sepulta apud eccl. S. Martini in cimiterio suo; Ardiccus asserebat se iure inquietare debere, negans ipsam domum de territorio S. Martini esse et corpora eius domus, preter inquilinum quendam, ad eccl. S. Martini fore sepulta; nec non affirmans Baldinoctum in ultima sua disposuisse voluntate[1] predicte domus mortuorum corpora ad eccl. B. Iohannis et S. Reparate perpetuo deinceps sepelliri debere. Litem ab utraque parte in me Rolandum causidicum de S. Andrea ad diffiniendum com(m)issam, investitione inter eosdem advocatos data, sub pena Luc. potestatis, consulum quoque treuguanorum presentium et fucturorum ac mille sol. Luc. den., quicquid per sententiam dixerim, omni tempore firmum observare, sic diffinio: Eamdem domum de territorio S. Martini esse credo, et quia ex voluntate Baldinocti eccl. S. Martini in quasi possessionem iamdicte humationis esse cognosco, Ardiccum, ut de cetero non inquietet S. Martini ecclesiam, predicte domus mortuorum corpora apud eccl. S. Martini sepelliri, condemno. Presentia: Fortisguerre causidici qd. Ildebrandi, Cervasii qd. Ro-

dulfi, Grechi qd. Guiduccii. A. MCLXXV, ipsa die kal. apr., ind. VIII. Rolandus causidicus de S. Andrea suprascripta a me acta confirmo. Leo not. imp.

*Originale:* N. 68.

1 voluntate *è nell' interlineo.*

1345. *Lucca, 3 Maggio 1175.*

A. MCLXXV, V non. mai., ind. VIII. Ego Petrus qd. f. Stephani per hanc cartulam vendo et trado tibi Baldicioni presb. et can. ecl. S. Martini qd. f. * * omnem actionem, locationem, tenimentum, melioramentum et usum atque omne ius, quę habeo et michi pertinet, de una petia de terra, q. est campus in l. Parathana u. d. Campus S. Romani, unde omni anno reddere solitus sum eccl. et canonice S. Martini V sist. de grano et III de fabis, iusto sist. Luc. venditorio; et tenet: unum caput in terra et media fossa Franceschi qd. Sesmondelli, alterum in via publica, latus in terra et media fossa Antelminelli, alterum in terra et media fossa Ildebrandini qd. Malestaffe.[1] Recepi pretium, libr. IV Luc. den., qui erant tui proprii. Repromicto una cum meis heredibus tibi et cui dederis et prefate ecl. et cui dederit, ut si nos vobis intentionaverimus, spondemus componere vend. in duplum; insuper penam arg. libr. III et sub pena Luc. consulum et treuguanorum et Luc. potestatis, qui vel quę pro tempore fuerint. Act. Luce. S. m. Petri. Rolanducius Scheza interfuit. S. m. Villani qd. Rugerii, Ildebrandini qd. Ugolini tt. Dulcis not. imp.

*Originale:* D. 97; *Regestum A, c. 24 v; Regestum B, c. 8.*

1 *Il Reg. A aggiunge:* Hanc (terram) tenet modo Dettisalvi pro VI star. grani et VI star. milii vel fabarum. Et nota, quia non videtur hec esse superior terra, quam tenuit Angelus *(cf. il reg. n. 1065)*, nam ista tenet caput in via publica, illa non, nec concordat cum supradicta, nisi in reddita et uno latere, scilicet in terra Antelminelli.

1346. *1 (?) Giugno 1175.*

« Gualandus et Pelavisinus et Tiniosus gg. qd. Thiniosi vendiderunt Luc. capitulo unam petiam terre positam in confinibus Sorbani Lei iudicis, prope eccl. S. Georgii; ut continetur manu Uberti not. (A.) MCLXXV, V non. iun. ».

*Regestum B, c. 31.*

1347. *(16 Giugno?) 1175.*

« Offersio Philipelli qd. Baronchiucci qd. Sabbatini de melioramento unius petie de terra, quam detinebat a nobis, prope eccl. de Mugnano; que tenet: caput in via publica, alterum in Ausure, latus in aqueductu Gerarducci de curte Overardi, alte-

rum in terra, quam detinet Albertinus a canonica S. Martini. A. Domini MCLXXV ».

*Regestum A, c. 23 v. Cf. il reg. seguente.*

1348. *16 Giugno 1175.*

« Filipellus qd. Barunciuchi et Divitia eius uxor titulo oblationis obtulerunt (Luc.) capitulo ius et melioramentum unius petie terre, q. est in confinibus Mugnani, prope eccl. S. Michelis; ut continetur manu Gerardi not. (A.) MCLXXV, XVI kal. iul. ».

*Regestum B, c. 10. Cf. il reg. precedente.*

1349. *22 Giugno 1175.*

« Thazo qd. Lupicini et Richadonna eius uxor vendiderunt (Luc.) capitulo unam petiam terre positam in Sorbano; que est star. XXIIII$^{or}$ in l. u. d. inn Izora; ut continetur manu Cari not. (A.) MCLXXV, X kal. iul. ».

*Regestum B, c. 31.*

1350. *Lucca, 13 Luglio 1175.*

A. MCLXXV, III id. iul., ind. VIII. Nos Nicolaus qd. Rolanduci,[1] prenomine Famis, et Cecilia relicta suprascripti Rolanduci et filia qd. * *, consentiente mihi Ceciliȩ f. et mundualdo meo, cum notitia Rolandini g. mei, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Baldicioni presb. et can. eccl. S. Martini, ad proprietatem dicte eccl., unam petiam de terra, q. est canpus, l. et fin. Tenpagnano u. d. Piopo Longo, tenens: unum caput in terra filiorum qd. Gerardi et aliquantulum in via publica, aliud in terra Ricci de Poticiano, latus unum in terra Pagani qd. Petri Corbi, alterum in terra Useppe. Est per mensuram pert. mensuratoria quarre V, vel si plus est. Recepimus pretium, libr. XXVII et sol. X Luc. den. Pena dupli, insuper etiam consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum vel alterius potestatis, quȩ Lucam distringeret. Act. Luce, in eccl. S. Martini, ante altare S. Apolenaris. Nicolaus et Cecilia, consensu f. sui atque notitia Rolandini, hanc cartulam fieri regaverunt. Insuper promiserunt et convenerunt Baldicioni per stipulationem, sub penis predictis omnibus et X libr. Luc. den., quod libera et dissbrigatam ei ab omni homine dare cum medietate ricolti, sicut sua portio erat, et si damnum vel menimantiam tempore aliquo de suprascripta terra Baldicione vel eius sucessor habuerint, quod in tantumdem rationabiliter possit habere regressum super eorum bonis, ubicumque fuerint. Pintavalle qd. Viviani, Federigus qd. Bernarduci atque

Penducus qd. Federigi huic contractui tt. interfuere manumque inposuere. Ubertus not imp.

*Originale:* M. 13; *Regestum B, c. 7 e c. 11 v.*

[1] *Il Reg. B a c. 11 v:* Orlanducii

1351. *Lucca, 16 Agosto 1175.*

Breve memorie, qualiter Luce, intus eccl. S. Michaelis de Foro, Guido causidicus et Salamon gg. qd. Rolandi Bocainsocchio per fustem, quem in eorum detinuerunt manibus, investierunt Ricium qd. Scotti de tota illa terra, quę predictis gg. remansit a quattuor star. de terra, que ipsi Ricio vendiderunt per cartulam Bartholomei not. f. Lamberti, quatinus Ricius eiusque heredes ac proheredes habeant et detineant perpetuo per tenimentum totam illam terram, q. eis remansit, quę est in l. et fin. Milieciatico u. d. in Cafagio; quę tenet; unum caput in via publica, alterum in terra filiorum qd. Bonoti, latus in terra et media fossa Franchi qd. Sasselli, alterum in terra suprascripti Ricci, quam ei venditam habemus, ad reddendum de ipsa terra eisdem gg. eorumque heredibus ac proheredibus perpetuo omni anno star. XIV de bono grano et XIV de bono milio promaticio et II pollastros, tractam et paratam ipsam blavam totam Luce ad casam habitationis eorum, ad star. Luc. civ. venditorium de Classo, per totum mensem sept. Predicti gg. convenerunt et promiserunt ac se eorumquę heredes ac proheredes obligaverunt, sub pena V libr. arg. et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum, vel alterius potestatis, quę Luce dominabitur, quod ipsi non habent retollere suprascriptam terram, nec aliquid superimponere Ricio vel eius heredibus aut proheredibus, donec affictum totum et pollastros reddiderint et terram ipsam bene laboraverint. Ricius convenit et promisit eisdem gg. ac se suosque heredes ac proheredes et ipsa IV star., quę ab eis comparavit, sub omnibus suprascriptis penis, obligavit predictam terram totam omni anno bene laborare et eam non peiorare et affictum totum et pollastros reddere et pagare; [et] non debet Ricius vel eius heredes ac proheredes terram laxare nec dimittere; et in illo anno quo affictum totum non reddiderit, habeant predicti gg. eorumque heredes ac proheredes regressum et salvamentum totum in IV star. de terra, quę Ricius a predictis comparavit, secundum quod menimantia afficti non redditi per annum fuerit, sub omnibus suprascriptis penis. Coram: Quintav[a]lle [qd. V]iviani et Brullioro qd. Rodulfini, Grillo qd. Martinucci et Amannato qd. Petri tt. interfuere. A. MCLXXV, XVII kal. sept., ind. VIII. Bartholomeus not. imp.

*Originale:* Q. 46. *Nel verso, da mano del sec. XIV:* In Cappan(nore?), in Cafaggio.

1352. *Lucca, 24 Ottobre 1175.*

Breve recordationis, qualiter in Luc. civ., in eccl. S.[1] Alexandri Minoris, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius apparebunt, causa seu lis, q. vertebatur inter Scheçam advocatum eccl. S. Martini Luc. civ. litigantem, ab una parte, pro ipsa eccl., et Gualandum et Pelaviscinum atque Tignosum gg. et ff. qd. Tignosi litigantes, ab altera parte, talis erat: Petebant suprascripti gg. a Scheça, ut permitteret sibi quiete habere placitum hominum curtis et destrictus de Fibbialla et de omni acquisto, quod ibi fecerat a Simeone, redderet sibi medietatem et nullum acquistum ibi ammodo faceret sine illis; quod Scheça facere negabat, dicens placitum suprascriptorum hominum ad suprascriptam eccl. pertinere, neque de acquisto debere illi dare. Fuit delata coram Iordano de Chiatri et qd. Viviani et Dominico de Massagrosi et qd. Magnani per laudamentum diffinienda et ab utraque parte in eis per laudamentum commissa, et ad invicem Scheça obligando se et suos successores et ecclesiam, et gg. se et suos heredes, investitionem dederunt, quod quicquid Iordanus et Dominicus de lite et de alia compera reacquirenda, quam quidam de Fibbialla a Cispo et Sciabordito fecerant, unde controversia fiebat, dicerent et laudarent, firmum et ratum haberent omni tempore, sub pena c libr. arg. et Luc. consulum et treuguanorum et Luc. potestatis et quod, soluta pena, omnia firma persistant, que laudatores dixerint. Litem Iordanus et Dominicus taliter per laudamentum finierunt: ut deinceps gg. et suprascripta eccl. habeant placitum hominum totius curtis et destrictus de Fibbialla communiter per medium et datum et bandum et toltum deinceps communiter per medium habeant et mittant et tollant; et laudaverunt, ut canonaci habeant suprascriptum acquistum a Simeone factum et quecumque partium pro tempore fuerit in Fibbialla, debeat omnia predicta facere ad communem utilitatem et proficuum utriusque partis sine fraude; et hoc laudamentum fecerunt eo modo, quod non noceat, neque preiudicet alicui partium in locandis terris eorum, neque aliis eorum usibus seu rationibus, que aliqua pars ibi habet vel habuerit, preter quod nullum acquistum de cetero possint ibi facere de terris de Fibbialla, nisi communiter per medium, preter quod iudicia pro remedio animarum sine fraude ab aliqua persona in suprascripto l. canonacis facta possint recipere; et laudaverunt, quod ambe partes debeant repetere, sine fraude, si consilium habuerint, inde comperam quam quidam de Fibbialla fecerant a Cispo et Sciabordito et si obtinuerint, debeant canonaci habere tertiam partem et gg. duas partes. Si canonici voluerint dare medietatem de acquisto facto a Simeone suprascriptis

gg., debeant habere medietatem de ista compera facta a Cispo et Sciabordito. Presentia: Rossi de Poggio, Rolanduccii qd. Ugolini, Villani qd. Ugieri. A. MCLXXV, IX kal. nov., ind. IX. Suprascripti homines ibi fuerunt, et insuper Dammianus, Benedictus, Tignosus et Guido presbiteri et Pandulfus diac. atque magister Ermannus canonaci eccl. S. Martini presentes et consentientes interfuerunt. Carus not. imp.

*Originale:* A. 9.

[1] *Seguono le parole* Cristofori de Arcu, presenti *cancellate.*

1353. *1175.*

« Iuramentum Rolanducci emancipati f. predicti Paganelli[1] de non inbrigando bona predicti Paganelli et Palie uxoris eius, vel quibus darent. A. MCLXXV ».

*Regestum A, c. 30 e c. 42.*

[1] *Cf. il reg. n. 1436, cui si riferisce.*

1354. *(Pozzeveri ? Lucca), 5 Gennaio 1176.*

A. MCLXXVI, non. ian., ind. X.[1] Ego Paganellus qd. Francischi per hanc cartulam, pro amore Dei et remedio anime Ildibrandini qd. Ranucci patrui mei et meorum parentum atque suorum omnium, offero, trado atque concedo eccl. Dei et S. Petri de Cerrito, in manus domini abatis Ildibrandi eiusdem eccl., suisque successoribus, in perpetuum unam petiam terre in l. u. d. Quarrata; que tenet: unum caput in terra Schiavi, aliut cum uno latere in terra Calzolarii, aliut latus in terra Battallieri; que terra videtur esse sext. VI, parum plus parumve minus; tali tenore et pacto, ut dehinceps in antea habeatis vos et vestri successores, ex parte eccl., predictam nostram offertionem sine nostra nostrorumque heredum contradictione et lite. Et si in aliquo tempore vendi offertio molestata fuerit, sub dupli penam nostrarum possessionum similium legitime defendere promitto. Act. in chaustro abatie. Coram: Tinioso Arrigitti et Manente de Varna et Fantoso de S. Geminiano et Guarnito magistro tt. specialiter ductis. Mercatus imp. not. post rogationem huic cartule offertionis posui completionem.

*Originale:* N. 55.

[1] *L'ind. corrisponderebbe se fosse usato il computo fiorentino (= 1177).*

1355. *Lucca, 10 Febbraio 1176.*

Breve ad futturam demonstrationem, qualiter in Luc. civ., intus eccl. S. Petri de Curtina, bonorum virorum presentia nomina quorum inferius scripta inveniuntur, Skeça advocatus eccl.

canonice S. Martini, litigando, ab una parte, pro ipsa eccl., et Anselmus advocatus hospitalis S. Iohannis de Capite Burgi, littigando, ab alia, pro hospitale, invicem inter se investitionem dederunt et se suosque successores obligaverunt, sub pena x libr. Luc. den. et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futturorum, quod quicquid Urbicianus iudex et Cecius qd. Ferolfi et Guiducius qd. Ararduci Luc. causarum consules et treuguani de lite et discordia infra posita, q. inter eos vertebatur, per sententiam dicerent, firmum et ratum haberent omni tempore; que lis talis erat: Petebat Skeça a predicto Anselmo duas petias de terris, q. sunt campi, in l. et fin. Saltochio, iuxta eccl. S. Andree, quas Vivianus et Carandellus et Orsellus detinent; prima tenet: unum caput cum uno latere in viis publicis, aliud caput cum reliquo latere in terris Rustici de Penna qd. Ramundi; secunda tenet: unum caput in via publica, aliud cum uno latere in terra suprascripti Rustici, reliqu(u)m latus in terra S. Andree; dicens ipsas petias ęccl. S. Martini fore ex causa offertionis facta a qd. Sineanima et Semondo et Tancredo Advocato ff. qd. Lanberti pro remedio anime eorum et Semondi cl. vicedomini f. qd. Amici patrui eorum, secundum quod in cartulis inde scriptis manu Ughi not. regis continetur. Insuper allegabat ipse Skeça predictas terras, post mortem vicedomini usque ad tempus quo hospitale intravit in tenere, ecclesie S. Martini obbeditas fuisse. Anselmus confitebatur predictos gg. obligationem de terris fecisse, ut in suprascriptis cartulis legitur, et quod post mortem vicedomini canonica habuit inde XII star. de grano per parabolam Advocatorum; asserebat tamen dationem non valuisse, quia dicebat quod terras predicti Advocati detinebant a suprascripto hospitali per libellum XXX den. omni anno, unde dicebat terras hospitali(s) esse et de masio qd. Cunithi massarii fuisse et qd. Iohannem presb. hospitalis a qd. Fla(i)perto iudice eas emisse, et quia Tancredus Advocatus et filii Sineanime et filii Semondini predictam pensionem per multa tempora non reddiderant, hospitale in possessionem ipsarum terrarum, tamquam in suis, a Rolando iudice et Lodoigo qd. Thabulini et Guicciardo qd. Aldibrandi consulibus de placito inductum fuisse, ut in brevi inde scripto manu Bonfilii not. continetur. Skeça negabat, terras de masio Cunithi fuisse et negabat suprascriptum presb. eas emisse et negabat Advocatos unquam eas per libellum a suprascripto hospitali detinuisse. Consules, sacramento calumpnie hinc inde prestito, testibus sub iureiurando diligenter examinatis et causa diligenti cura inquisita, taliter per sententiam finierunt, Urbicianus dicens: In nom. Domini, amen. Ego Urbicianus, litis cognitor, cum consilio et accorda-

mento predictorum meorum sociorum, taliter per sententiam difinio: Anselmum, ut dehinc ad proximas kal. mar. suprascriptas petias suprascripto Skeça pro eccl. S. Martini restituat, condempno; et laudavit, ut Skeça dehinc ad predictum terminum solvat Anselmo pro hospitali sol. x den. et datum huius causae solvat Skeça. In presentia: Fortisguerre et Guidonis causidicorum et Henrici qd. Ranuci, Natalecci qd. Filipelli. (A.) MCLXXVI, IV id. febr., ind. IX. Appollonius not. imp.

*Originale:* P. 80; *Regestum A, c.* 7 *v; Regestum B, c.* 67 *v.*

1356. *Lucca, 5 Marzo 1176.*

A. MCLXXVI, III non. mar., ind. IX. Ego Rembus qd. Gottifredi per hanc cartulam, per alodium vendo et trado tibi Romeo eccl. et canonice S. Martini, caput Luc. episcopatus, concanonico, ad tuam tantum proprietatem, unam petiam de terra, q. est campus cum arboribus, in l. et fin. Tassignano et (est) per mensuram star. xx, vel si plus est, ad pert. mensuratoriam; de qua omni (anno) per affictum recolligere solitus sum star. XVIIII de bona blava, medietatem de grano et medietatem de milio, a Riciardo f. qd. Grechi; quę tenet: unum caput in semitula comunali Cioffori de Burghiciolo et S. Bartholomei de Selce, alterum in terra suprascripti S. Bartholomei, latus unum in terra filiorum qd. Bernarducci, alterum in terra et semitula mea, quam mihi reservo. A te me pretium libr. XVI den. Luc. monete recepisse profiteor. Repromitto una cum meis heredibus tibi Romeo g. meo tuisque heredibus, ut si nos vobis de ea intentionaverimus et non defenderimus, spondemus componere venditionem in duplum et penam, arg. libr. x et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Luce dominabitur. Act. Luce, intus claustrum eccl. S. Martini. S. m. Rembi. S. m. Conecti qd. Armanni et Scheçe qd. Rolandi tt. Bartholomeus not. imp.

*Originale:* D. 12.

1357. *Anagni, 11 Aprile (1176).*

Alexander (papa). * * preposito et monachis S. Georgii Luc. Ad aures nostras pervenit, quod cum ecclesiam S. Mathei de Fossa Natali, quam quadraginta libris emeratis et per violentiam et favorem consulum Luc. civ. longo tempore tenueratis, ad commonitionem canonicorum Luc. eccl. in capitulo suo per presbiterum, q. ibidem moratur, simpliciter, fili preposite, refutasses, tandem electus Lucanus eam iamdicto presb. sub obedientia tua regendam et gubernandam commisit et in hac parte

non eam, quam decuit, gravitatem et maturitatem servavit. Unde, quoniam non est vobis tutum ecclesiam amplius detinere, universitatem vestram monemus, mandamus atque precipimus, quatinus prelibatam eccl. penitus relinquatis, nec vos de ipsa vel bonis eius ulterius intromittatis, quia hoc in grave dannum et iacturam nec non etiam periculum ordinis et religionis vestre posset procul dubio redundare, nos quoque de symonie vitio acriter vos cogeremur punire. Dat. Anagn., III id. apr.

*Copia del sec. XII nel cod. della biblioteca Capit.:* 618, c. 152. *Mansi, XXI, 1080; Migne, CC, 1066, n. 1238; Jaffé, n. 8427, ; Jaffé-L., n. 12549 ad a. 1160-76 e Jaffé-L., n. 12694 ; Kehr, Italia Pontificia, III, 443, n. 13.*

1358. *Lucca, 1 Giugno 1176.*

A. MCLXXVI, ipsa die kal. iun., ind. IX. Ego Truffa qd. Rolandini Mediolombardi per hanc cartulam pignoris nomine do et trado atque obligo tibi Pecore naturali filio Ugonis not. unam petiam de terra mea cum casa solariata super se et curte post eam, cum omnibus suis pertinentiis, quam a te comparavi, que est infra Luc. civ., prope S. Quiricum de Pellaria, secundum quod per capita et latera reperitur. Do et trado atque obligo pro XXVI libr. capitale den. Luc. monete, quas a te mutuo recepisse profiteor. Unde convenio et per stipulationem promitto tibi ac me meosque heredes tibi obligo, sub pena dupli suprascriptorum den. et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Luce dominabitur, quod ego una cum heredibus de pignore actores et defensores erimus tibi tuisque heredibus ab omnibus personis et quotienscumque nos inde inquisieritis. Act. Luce, intus casam et curtem meam, ubi habito, ante suprascriptam eccl. S. Quirici. Hec cartula tali tenore est facta, quod si Truffa vel eius heredes aliquo die, dehinc ad duos proximos annos expletos, reddiderint et pagaverint Pecore vel eius heredibus libr. XXVI den. Luc. monete, ad voluntatem eorum electoris et pro earum prode secundum quod venerit interim ab hodie in antea omni mense de unaquaque libr. den. IV eiusdem monete, hec cartula, facto pagamento toto, statim sit inanis et vacua. Sin autem, quod deinde in antea totum pignus deveniat in proprietatem Pecore eiusque heredum, habeantque potestatem illud vendendi, pignorandi faciendique de pignore quicquid eis placuerit, absque omni calumpnia; hisdem tamen usuris tamdiu post suprascriptum terminum super pignus currentibus, donec totum capitale et prode, secundum erit, perexsolutum ei fuerit sub omnibus suprascriptis penis. Et si Pecora vel eius heredes in brigam vel molestiam aut in dampnietatem vel

menimantiam aliquam venerit de capitale vel prode per pignus vel de pignore per Rolandinum f. ipsius Truffe vel aliquo alio modo, quod Truffa vel eius heredes habent eis dampnietatem et menimantiam emendare infra dies XXX post inquisitionem proximos; sin autem, quod deinde in antea habeant Pecora eiusque heredes regressum et salvamentum totum de ipsa dampnietate et menimantia in aliis bonis Truffe eiusque heredum ante omnes alios creditores, qui deinceps in eorum bonis iure aliquo intraverint, sub omnibus suprascriptis penis, quia in tantum Truffa omnia alia sua bona Pecore et heredibus, sub omnibus suprascriptis penis, nomine pignoris obligavit. S. m. Truffe. S. m. Baldinecci qd. Stulti et Bongiori de Liskia, Rolanducci qd. Gattilliosi atque Iacopini de curte S. Mar[t]ini tt. suprascriptis omnibus interfuere. Bartholomeus not. imp.

*Originale:* N. 107.

1359. *Pieve S. Paolo (Lucca), 20 Luglio 1176.*

A. MCLXXVI, XIII kal. aug., ind. IX. Nos Buccuccius qd. Gilii et Margarita coniux eius, mihi Margarite consentiemte marito meo, per hanc cartulam, pro nostrarum animarum remedio nostrorumque parentum, offerimus tibi eccl. atque plebi B. Iohannis et S. Pauli, de l. Carraria, personas nostras et omnes res mobiles et inmobiles seu semoventes et iura et actiones nobis aliquo modo pertinemtes, vel que agere seu causare vel requirere possumus adversus aliquas personas commorantes et existentes in plano de Luca sive in episcopatu Luc. civ.; et de predictis omnibus Ubertum presb. et plebanum dicte plebis et Signorectum atque Vivianum eiusdem eccl. et plebis sacerdotes procuratores constituimus, quatinus, actionibus nobis de eis pertinentibus eis datis, cessis atque mandatis, possint ea agere et requirere adversus omnes personas pro eccl. et plebe, sicut et nos ea agere et requirere poteramus. Insuper constituimus, ut ab hodierna die in antea suprascriptas res et iura et actiones, tam in vita nostra quam et post obitum nostrum, sint in proprietate eccl. et plebis et potestate plebani et presbiterorum et clericorum, q. pre tempora in plebe et eccl. [fuerint et in ea] officium Deo fecerint, eas habendi et fruendi ad eorum tantum usum [... et ad utilitatem (?)] eccl. et plebis. Pena dupli in consimilibus rebus et insuper libr. XL Luc. den. et consulum et treuguanorum presentium et futturorum vel alterius Luc. potestatis. Act. apud suprascriptam plebem. S. m. iugalium, Buccuccius uxori consensit. Post hec omnia et pro suprascripta offersione Ubertus plebanus et Signorectus atque Vivianus sacerdotes convenerunt et per sti-

pulationem promiserunt iugalibus, quod omni anno, donec vita eorum fuerit, tribuent eis de bonis eccl. et plebis victum et vestimentum conveniemter, secundum possibilitatem domus plebis, et se suosque sucessores obligaverunt sub omnibus suprascriptis penis. S. m. Pellarii f. Martini, Becchi qd. Guiducci, Lepri (?) qd. Baronciuchi tt. Bonusfilius not. imp.

*Originale:* D. 6.

1360. *Chiesa di S. Pietro in Cortina (Lucca), 14 Novembre 1176.*

Urbicianus iudex et Cecius qd. Ferolfi atque Guiducius qd. Ararduci Luc. causarum consules et treuguani, in eccl. S. Petri de Curtina residentes, bonorum virorum presentia nomina quorum inferius scripta inveniuntur, [investi]erunt Milaccum missum eorum, quatinus per eorum parabolam et ex eorum parte et ex publica Luc. civ. auctoritate corporaliter mitter[et] in tenere et possessionem Skeçam advocatum eccl. S. Martini, pro ipsa eccl., in una petia de terra, q. est campus, in l. Trent[ula],[1] et tenet: unum caput in via publica, alterum in semitula;[2] quam terram petebat a Baldicione et dicebat esse suprascripte eccl. et ipse post pignoris dationem malitiose a causa cessavit; tali lege et tenore et conventu, quod qualicumque die, dehinc ad unum proximum annum, Baldicione venerit ad iustitiam faciendam Skeçe pro eccl. vel ipsi eccl., dato convenienti pignore in manu consulum et treuguanorum de placito, ad eorum voluntatem, et reddito primum quod pro hac investitione datum est, scilicet: sol. VI pro dato civ. et den. XVIII de breve isto et III de misso et VI de equis, hec possessio et teneris immissio ei non noceat, ipso Skeça semper deinceps pro eccl. vel ipsa habente et lucrante omnes fructus suprascripte terre, pro rata temporis. Si post annum Baldicione venerit ad iustitiam faciendam Skeçe vel eccl., dato convenienti pignore,[3] et semper ante et post annum, antequam causa fiat vel rationem habeat, reddat expensas, que pro hac investitione date sunt, nisi in quantum consules et treuguani de placito cognoveri(n)t hanc possessionem fraudulenter fore petitam a Skeça in totum vel partem; tunc enim nichil reddatur de eo in quo fraudem admisit et fructus eo modo perceptos fraudatorem restituere cogant, et Baldicione post annum gravetur honere petitoris et Skeça fruatur commodo possessoris, quia in rem agit, et salva ratione aliarum omnium personarum. In presentia: Uberti iudicis, Verri Ricci. (A.) MCLXXVI, XVIII kal. dec., ind. X. Milaccus venit ad suprascriptam terram et corporaliter Skeçam in tenere et in possessionem misit. Appollonius not. imp.

*Originale:* D. 49; *Regestum A, c. 18. Nel* v e r s o *della carta, da mano*

*del sec. XII-XIII:* Tenere de terra in Trentula; quam detinet modo Beneveni pro v star. gran. et III *(?)* fabarum.

[1] *Il Reg. A:* in Trentora [2] *Il Reg. A aggiunge:* Hanc terram tenuit postea Beneveni pro VI star. grani et II fabarum. [3] *Segue come sopra fino a* voluntatem

1361. *(Prima del 26 Dicembre 1176).*

« Offersio Guiscardi qd. Alberti canonice S. Martini de una petia terre in Cilliano ».

*Regestum A, c. 18 v.* *Cf. i due regesti seguenti.*

1362. *(Prima del 26 Dicembre 1176).*

« Libellum de eadem terra[1] datum a canonicis S. Martini eidem Guiscardo pro XVIII den.; que tenet: caput in terra predicte canonice, alterum in via publica, latus in terra S. Iustine, alterum in terra Pecci de eodem loco ».

*Regestum A, c. 18 v.* *Cf. il reg. seguente.*

[1] *Cf. il reg. precedente, cui si riferisce.*

1363. *1176.*

« Offersio Traine de duobus star. terre in Campolungo canonice S. Martini, tali conditione, ut de predictis duobus star. terre ipsa canonica debeat recipere omni anno unum star. grani et I pollastrum et non debeat ulterius reddere illos XVIII den., quos ip(se?) reddebat pro supradicto Guiscardo.[1] Que duo star. terre tenent: caput in terra eiusdem eccl., quam detinet Cristianus qd. Boni,[2] alterum in terra Orlandi Sornachi et consortum cum uno latere, alterum latus in via publica; que duo star. detinebat ab eodem Martinus qd. Burgundionis, qui debebat facere predictam redditam nobis. A. Domini MCLXXVI ».

*Regestum A, c. 18 v.*

[1] *Cf. i due regesti precedenti, ai quali si riferisce.* [2] *Il passo* quam detinet Cristianus qd. Boni *fu aggiunto da prima mano nel margine.*

1364. *1176.*

« Sententia inter eccl. S. Martini et canonicam S. Fridiani, per quam iudicatum est, ut quando reducunt[1] supradictam blavam,[2] scilicet VI star. grani et VI milii, canonici S. Martini ad canonicam S. Fridiani de illa terra in Via Meçana, cuius melioramentum emit canonica S. Martini a Spatiano et Ramundino, tunc canonica S. Fridiani debeat dare commestionem duobus missis S. Martini, panem et vinum et companaticum, convenienter,

nec illi de S. Fridiano debent habere aliquid, quando mittunt nobis pensionem II sol. A. MCLXXVI° ».

*Regestum A, c. 28.*

1 *Nell' interlineo, sopra* reducunt, *da mano coeva:* mittunt 2 *Cf. il reg. n. 782.*

1365. *Lucca, 5 Febbraio 1177.*

Breve memorie, qualiter infra Luc. civ., intus canonicam B. Martini, in conspectu Rolanducii, Scheza prenomine, Gualteronis qd. Tancrine, Bonfilii de Uneta qd. Prandi, Guidi f. Herici Burrelli, Rugerii Teutonici, Baldicio presb. atque can. prefatę ęccl. et canonicę S. Martini pro anime sue remedio ac salute quasdam res suas iudicavit et ordinavit, sic dicens: Ego Baldicio presb. atque can. volo et iudico atque inrevocabiliter ordino Deo et camere vestimentorum canonice terras de l. Tempagnano u. d. S. Prosperius, unde omni anno reddit mihi Quintavalle eiusdem loci XXXII sist. de grano, et terras de suprascripto l. Tempagnano u. d. Pioppo Lungo, quam vendidit Nicholaus, unde omni anno reddit mihi Ioseph XXIV sist. de grano, et terram, q. fuit Saulis, quam tenet Guilielmus de Coiaria, unde reddit mihi omni anno VIII sol. et dimidium, et terram de Fabialla, unde omni anno recolligo unum carrum de vino claro; et medietatem bibliothecae, quam medietatem emi libr. X, et apparatum sacerdotale, preter stolam et manipulum et crucem argenteam processionalem, quam emi ab hominibus de S. Pantaleone libr. XVI den. Quod si quis ratum et firmum tenere noluerit, volo, ut sit compositurus suprascripte camere penam, arg. libr. L, et hec omnia semper rata permaneant. A. MCLXXVII, non. febr., ind. X. Suprascripti homines ibi interfuere. Dulcis not. imp.

*Originale:* R. 163. *Cf. il reg. seguente.*

1366. *5 Febbraio 1177.*

« Iudicium predicti prioris eccl. B. Martini,[1] quo iudicavit canonice nostre supradictas terras de Pomaio, quas emerat a predicto Ildebrandino et Viviano fratre eius, unde idem Ildebrandinus reddebat eidem priori star. XLIIII grani. Item iudicavit per eandem cartam omnes terras, quas detinebat[2] ab eodem in Cilliano Fridianus et frater eius, unde reddebat XXIIII star. grani, et omnes terras, quas detinebat ab eodem Dettisalvi[3] in Parathana, unde reddebat sibi IIII star. grani,[4] et similiter molendinum de Scopicio inferiorem, quod ipse fecerat. A. Domini MCLXXVII. Dulcis not., non. febr. ».[5]

*Regestum A, c. 18; Regestum B, c. 16.* *Cf. il reg. precedente.*

1 *Il ms. ha:* Beatini *Il Reg. B ha:* Baldiccio Luc. can. iudicavit Luc. capitulo terras de l. dicto Pomaio, de quibus reddere tenetur annuatim star.

quadraginta quactuor grani Aldibrandinus. [2] *Corretto da* detibat [3] *Il Reg. B:* Diotisalvi [4] *Il passo da* unde *a* grani *è scritto nell'interlineo.* [5] *Le parole* non. febr. *furono aggiunte da mano coeva. Il Reg. B ha:* Manu Dulcis not. (A.) M°C°LXX°VII°, non. februarii.

1367. *31 Marzo 1177.*

« Benedictus presb. et camerarius investivit Labrum de I petia posita in Ponteferrato, ad redendum sol. III in mense nov. Carta per Petrum not. de Cortina.[1] Cuius anni Domini (sunt): MC septuagesimo septimo, II kal. aprilis ».

*Regestum A, c. 16 v, scritto nel margine da mano coeva.*

[1] Cortina *è nell' interlineo.*

1368. *5 Aprile 1177.*

« Quam redditam star. XLIIII^or grani[1] facere tenetur suprascriptus Aldibrandinus. Manu Gacti not. (A.) M°C°LXXVII, non. aprelis ».

*Regestum B, c. 16.*

[1] *Cf. il reg. n. 1366, cui si riferisce.*

1369. *Chiostro di S. Martino (Lucca), 12 Aprile 1177.*

Lis et controversia, q. vertebatur et movebatur inter Ugonem [archipresb. et] Benedictum camerarium, Goctifredum ac Tignosum presbiteros et Rolandum atque magistrum Pandulfum [canonicos] episcopatus S. Martini, ex una parte, litigantes, et Rustichellum Meliane, ex altera, litigantem, de quadam [venditione], quam Rustichellus fecerat rectori de Altepascio de una petia de terra, q. est posita in l. u. d. a Rrotta, et tenet: unum [caput in ter]ra Odimondi qd. Bucianche, alterum in via publica, latus unum in terra Cioffori, aliud in terra Advocatorum, quoniam Rustichellus eam vendiderat suprascripto rectori, canonicis minime requisitis; insuper de affictis et pensionibus suprascriptę terrę et aliarum terrarum, quas Rustichellus habebat nomine tenimenti a canonicis et quos affictos dare debebat canonicis; lis ab utraque parte commissa fu[it] ad diffiniendum per laudamentum in Dattum qd. Henrici et ipsi omnes prefati canonici sese et eorum successores obligaverunt et Rustichellus obligavit [se] et suos heredes, quod firmum habebunt quicquid Dattus diceret. Dattus arbiter, visis utriusque partis rationibus et diligenter inspectis, sic eam per laudamentum diffinivit: Rustichellus reddat canonicis omni anno IV sol. Luc. monete in eodem mense, in quo Rustichellus reddit canonicis alios X sol., sicuti hucusque fuit solitus ipsos X sol. reddere; insuper laudavit, ut Rustichellus reddat canonicis omni anno in mense oct. XXI star.

de blava de terris positis in l. Silice,[1] quas ab eis iure tenimenti detinet; et ut canonici nullo tempore possint habere aliquem regressum supra hospitale de Altepascio vel supra Rustichellum de suprascripta venditione iamdicto xenodochio facta. Quicquid supra diffinitum est anbe partes observare inter se conpromiserunt, sub pena dupli, consulum quoque treuguanorum Luc. vel potestatis Luc. populo pro tempore dominantis. Que acta fuere coram Scheça advocato canonico[rum qd.] Rolandi, Arrigo qd. Pathi, Benectone qd. Rolandi, Aldebrando qd. Aldebrandini. A. MCLXXVII, prid. id. apr., ind. XI.[2] Suprascripti homines interfuerunt. Turchius not. imp. Act. intus claustrum S. Martini.

*Originale:* R. 221; *Regestum A, c. 11. Nel verso della carta, da mano del sec. XIII:* Filii Meliane de Porta S. Cervasii pensione sol. IIII de terra in Rocta de Paganicho.

1 *Nella nota nel verso si aggiunge:* prope S. Bartholomeum 2 *Nell'aprile 1177 correva l'ind. greca X.*

1370. *Chiesa di S. Andrea (Lucca), 13 Aprile 1177.*

Ildebrandus causidicus et [A]tilius (?) qd. Ringhi Luc. causarum [et q]uerimoniarum consules, in eccl. B. Andreę residentes, per fustem, quem suis tenuerunt manibus, investierunt Grillum missum eorum, quatinus per eorum parabolam et ex eorum parte et ex publica Luc. civ. auctoritate corporaliter mitteret in tenere et possessione Ildebrandinum, prenomine Reccerum (?), [...]duci Nisci in una petia de terra Mallafrontis qd. Bordelle, que est ortale sub urbe, in l. u. d. Trebio de Prato S. [Columba]ni, et est cum casa super se, tenens: unum caput cum uno latere in viis pub[licis, ali]ud caput in terra suprascripti Ildebrandini, alterum la[tus] in terra et media fossa Ranucini; ita quod si inde ius suum salvum habere non potuerit, quod in aliis eius bonis sit posses(s)ione [...] x libr. Luc. den. capitale, quas Ildebrandinus ab eo petebat et ipse semel citatus uno edicto pro tribus posito ad iu[..., ad iu]stitiam inde faciendam venire contempsit; tali pacto, tenore atque lege, quod quacumque die Malafronte [v]enerit ad iustitiam faciendam, dato convenienti pingnore in manu consulum de placito ad eorum voluntatem et reddito primo quod pro hac investitione datum est, scilicet sol. x pro dato civ., XVI den. de brevi isto, IV den. de missis, hec possessio et teneris inmissio in eum revertatur, ipso Ildebrandino semper habente et lucrante de fructibus suprascripte terre, secundum quod venerit deinceps singulo mense, den. IV per libr. vel usuras, IV den. per libr. singulis mensibus pro rata temporis, habita conpensatione de eo quod fructus valuerint, cum eos perceperit, et quatinus minus inde habuerit, totum super hac investitione et obli-

gatione permaneat. Si post annum Malafronte venerit ad iustitiam faciendam, dato convenienti pingnore in manu consulum de placito, ad eorum voluntatem, senper primo reddat quod pro hac investitione datum est, nisi in quantum consules de placito congnoverint posses(s)ionem fraudulenter fore petitam in totum vel in partem, tunc nichil reddi facient sive infra sive post annum de eo in quo fraudem admisit, set fructus seu usuras perceptas fraudatorem restituere cogant, et Ildebrandinus sit possessor ad instar pingnoris conventionalis et senper lucretur fructus vel usuras loco usurarum pro rata temporis, donec debitum probaverit vel probare paratus fuerit, nisi visum fuerit consulibus de placito, quod per eum malitiose stet, et honus probationis senper incumbat Ildebrandino, quia personaliter agit et salva ratione omnium aliarum personarum. Presentia: Malpelo qd. * *, Moreccio f. Ildebrandi atque Bonamico matonaro qd. * *. A. MCLXXVII, id.[1] apr., ind. x. Grillus venit ad suprascriptam terram et Ildebrandinum corporaliter in tenere et posses(s)ionem misit. Ubertus not. imp.

*Originale:* G. 10. *Nel verso, da mano del sec. XIV:* De prato S. Columbani.

[1] id. *è nell'interlineo.*

1371. *Lucca, 4 Giugno 1177.*

A. MCLXXVII, prid. non. iun., ind. x. Ego Guilielmus, Luc. electus ep., qd. f. Roffredi pro remedio ac salute animę mee et animarum qd. B[ru]netti[1] g. mei et meorum antecessorum per hanc cartulam inrevocabiliter offero tibi eccl. et canonice S. Martini Luc. ecl. unam petiam de terra mea propria, q. est campus cum arboribus super se, in l. et fin. Carraia, prope eccl. et plebem S. Pauli; que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra qd. Glandi, cum media fossa, latus in terra Conetti qd. Ermanni, cum media fossa, alterum in terra Corsi f. Diane, sicut termini sunt.[2] Offero, ut deinceps in antea sit in proprietate eccl. et canonice et in potesta(te) clericorum, q. ibi sunt vel fuerint, habendi atque fruendi ad ecl. et canonice utilitatem, reservato tamen usufructu in vita mea ad voluntatem meam, et ea conditione, quod nullo tempore alienetur; et si quis eam alienaverit, sit sub anathemate, quod Ugo archipresb. cum confratribus suis firmaver(unt). Si ego vel mei heredes hanc oblationem intentionaverimus et non defenderimus, spondemus componere oblationem in duplum et penam, arg. libr. xx. Act. Luce.[3] S. m. Scheze qd. Rolandi, Gervasii qd. Rodulfucii, Beneveni f. Petri, Pergoli qd. Albertini tt. Guilielmus Luc. electus voluit et ordinavit, ut de

suprascripta terra, quam tenet Bonefatius et Arcadepane gg., unde reddunt per tenimentum omni anno XIV sist. de grano et XIII inter fabas et milium, quatinus post suum obitum omni anno XIV sist. grani sint sacristie, ad opus vestimentorum, alie X inter fabas et milium sint ad cameram ciborum, III vero alia sist. milii habeat omni anno de suprascripta terra a suprascriptis tenitoribus suprascripta plebs S. Pauli. Dulcis not. imp.

*Originale:* D. 4; *Regestum B, c. 14.* *Nel verso della carta, da mano del sec. XIII:* Star. XIIII grani et XIII fabarum et milii, ad opus paramentorum. Hanc terram dicitur tenere Pierus de Toringo pro star. XXIIII grani *(?)*, fabarum *(?)* et milii *(?)*. *Cf. il reg. seguente.*

1 *Il Reg. B:* Brunecti 2 *Il Reg. B aggiunge:* et quam terram tenet Pierus de Toringo, ad reddendum inde annuatim star. XXIIIIor inter granum et milium. 3 *Sotto v'è uno spazio in bianco.*

1372. *Lucca, 4 Giugno 1177.*

A. MCLXXVII, prid. non. iun., ind. X. Ego Guilielmus, Luc. electus ep., qd. f. Roffredi pro remedio ac salute anime qd. Brunetti g. mei et meorum antecessorum per hanc cartulam inrevocabiliter offero tibi eccl. et canonice S. Martini Luc. civ. omnem actionem, locationem, tenimentum, melioramentum et usum atque omne ius, quę habeo et mihi pertinent de duabus petiis de terris, q. sunt campi, in l. Turingo, prope Ducariam; de quibus recolligere solitus sum omni anno XII sist. de grano et XII de milio a Barattoro et Riccio gg., et ego reddere exinde solitus sum canonice XII sist. inter granum et milium; quatinus deinceps in antea omnia suprascripta sint in proprietate eccl. et canonice et in potestate canonicorum, q. nunc ibi sunt vel fuerint, habendi, fruendi ad eorum usum et ecl. et canonice utilitatem; retento mihi usufructu, dum vixero, ad meam voluntatem. Post meum obitum suprascripta XII sist. melioramenti sint camere ciborum, ut omni anno die mei anniversarii camerarius vel camera det ad refectionem canonicorum duo fercula. Si ego vel mei heredes oblationem intentionaverimus et non defenderimus, spondemus componere oblationem in duplum et penam, arg. libr. X. Act. Luce.[1] Prima suprascriptarum terrarum tenet: unum caput in terra Boni qd. Benectonis, alterum in terra Cancellarii qd. Brunetti Caliani,[2] latus in terra Conetti qd. Ermanni, alterum in terra S. Iustine; secunda tenet: ambo capita in terris Tatthi qd. Lupicini, latus in terra suprascripti Conetti,[3] alterum in terra Ildebrandini Gottelle et in terra Fuffori. Dulcis not. imp.

*Originale:* H. 117; *Regestum A, c. 22; Regestum B, c. 8. Bertini, Mem. e Doc. IV, par. II, append. 140, n. CVIII.*

1 *Seguono i nomi dei testimoni come nel reg. precedente.* 2 *Il Reg. A:* in terra filiorum Callianelli consortum Tathi 3 *Il Reg. A:* latus in terra,

quam detinent predicti filii Conecti a nobis, unde reddunt vi star. grani et vi milii, sicut reddebat nobis predictus Guilielmus de sua portione xii star. grani et milii vel fabarum.

1373. *3 Luglio 1177.*

« Presb. Petrus rector eccl. S. Georgii de Sorbano Lei iudicis vendidit Luc. capitulo unam petiam terre, positam in dictis confinibus, de qua recolligebat a Tacho qd. Lupicini star. tria grani, quam redditam nunc facere tenetur dicto capitulo, per ipsam cartam scriptam manu Dulcis not. (A.) MCLXXVII, V non. iul. ».

*Regestum B, c. 31.*

1374. *Lucca, 13 Novembre 1177.*

Breve descriptum memorie causa, qualiter Luce, actum in eccl. S. Cristofani de Arcu, bonorum hominum presentia quorum nomina inferius continentur, Falco Capogelatus qd. Leulini et Henrigus eius f., ab una parte, litigantem et Malafrons qd. Ghirardi pro se et Boncioro qd. Bongialvini, ab alia, invicem inter se investitionem dederunt in manu Passavantis f. Strambi, ad penam Lucane potestatis et Luc. consulum et treuguanorum presentium et futurorum, et penam CC sol. den. Luc., quod quicquid Passavante de lite infra dicta per laudamentum inter eos diceret, firmum et ratum utraque pars haberent et tenerent omni tempore, et ita se obligavere et finem inter se fecere. Lis huiusmodi erat: Petebant Falco et Henrigus a Malafronte, pro se et Boncioro, star. VIII blave de retento affictu XVIII annorum unius petie de terra, q. est in l. Tempagnano u. d. Petra Blanca, et petebant, ut redderent sibi conpram, quam Malafrons et Bonciorus fecerant a Rolando qd. Botrichelli, de predicta terra, quoniam ratione et usu civitatis dicebant ipsam compram sibi pertinere. Malafrons negabat compram eis reddere et blavam dare, et pro se et Boncioro petebat a Falcone et Henrigo sol. LX Luc. den. monete, quos ipsi eis dederant pro faciendo sibi venditionis cartulam in laude sui sapientis de predictis VIII star. de blava. Passavante, rationibus et allegationibus atque argumentis utriusque partis auditis et cognitis, litem per laudamentum sic diffinivit: Ab omni petitione utramque partem inde absolvit, eosque liberavit. Hec acta sunt in conspectu Glandori qd. Homodei, Rubertini magistri. A. MCLXXVII, id. nov., ind. XI. Suprascripti homines ibi fuere. Gratianus not. imp.

*Originale:* H. 130.

1375. *2 Dicembre 1177.*

« Henricus,[1] Rolandus, Ubertus et Guidoctus gg. ff. qd. Passi et Berta uxor dicti Henrigi vendiderunt Luc. capi-

tulo[2] unam petiam terre[3] positam in confinibus de Sorbano,[4] que est per mensuram cultre tres, minus quarra; ut continetur manu Petri not. (A.) MCLXXVII, IIII non. decembr. ».

*Regestum B, c. 30 e c. 6. Cf. il reg. seguente.*

[1] *Il ms. a c. 6:* Arrigus [2] *Il ms. a c. 6:* Matheo et Leoni [3] *Il ms. a c. 6 aggiunge:* campie [4] *Il ms. a c. 6 aggiunge:* prope pontem de Verciano

1376. *(2 Dicembre?) 1177.*

« Compera Mathei[1] et Leonis canonicorum S. Martini de una petia terre in Sorbano, prope pontem Verciani, ab Enrico et Rolando et Uberto et Guidocto gg. qd. Pathi; que est cultre tres, minus quarra; que tenet: caput unum cum ambobus lateribus in via publica, alterum caput in terra et media fossa filiorum qd. Bertelocti; quam terram predicti canonici emerunt quisque illorum pro medietate. A. Domini MCLXXVII ».

*Regestum A, c. 29 v e c. 42. Bertini, Mem. e Doc., IV, par. II, append. 142, n. CX. Cf. il reg. precedente.*

[1] *Segue* canonici *cancellato.*

1377. *Lucca, 12 Dicembre 1177.*

Ubertus iudex imp., Salomon Boccainsochius atque Gualterone qd. Ghiselberti Luc. causarum consules et treuguani, infra Luc. civ., in aeccl. S. Sentii residentes, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius scripta sunt, per fustem, quem suis tenuerunt manibus, investierunt Bernardinum missum eorum, quatenus per eorum parabolam et ex eorum parte et ex publica Luc. civ. auctoritate corporaliter mitteret in tenere et in possessionem Schezam advocatum aeccl. et canonice S. Martini Luc. episcopatus, pro ipsa canonica, in una petia de terra cum capanna et re massaricia super se, quę est in l. et fin. de Massa Macennaria u. d. a Costogioro, quę recta et laborata esse videtur per Bonellum[1] massarium, et per eam in omnibus aliis terris et rebus ad ipsum masium pertinentibus pro suprascripto mascio, quod predictus advocatus pro canonica ab abbate S. Michaelis de Guamo pro ipsa aeccl. requirebat et ipse, citatus una vice pro tribus, post pignoris dationem malitiose cessavit; tali lege atque tenore, ut quacumque die dehinc ad unum annum proximum aeccl. S. Michaelis venerit ad iustitiam suprascriptę canonice faciendam, dato prius convenienti pignore in manus consulum treuguanorum, ad eorum voluntatem, et reddito sibi quod pro hac investitione datum est, scilicet sol. II de dato civ. et III den. de missis et sol. II pro duabus equitaturis et den. XVI de isto breve, hec possessio et teneris inmissio in aeccl. S. Michaelis revertatur,

canonica semper deinceps habente et lucrante omnes fructus mascii pro rata temporis. Si post annum aeccl. S. Michaelis venerit ad iustitiam faciendam, semper primo reddat omnes suprascriptas expensas huius investitionis et dato prius convenienti pignore in manus consulum treuguanorum aeccl. S. Michaelis honere petitoris gravetur et canonica commodo possessoris fungatur, quia in rem agit, et semper ita post annum, ut infra annum habeat omnes fructus mascii pro rata temporis, nisi visum fuerit consulibus treuguanis quod canonica malitiose a causa cesset, deinde in antea nullos fructus inde percipiat, et ita ut si consules treuguani cognoverint infra annum vel post annum, quod hec teneris inmissio fraudulenter sit petita in totum vel in partem a suprascripto advocato pro canonica, tunc nichil reddi faciant de eo quod in fraudem dedit et fructus, si quos in fraudem perceperit, cogant restituere, et salva ratione aliarum omnium personarum. Presentia: Blanci qd. Vitalis, Gonellae tavernarii atque Pennati qd. Martini. A. MCLXXVII, prid. id. dec., ind. XI. Supradicti homines ibi fuere. Bernardinus venit ad petiam de terra et predictum advocatum, pro canonica in ea et pro ea et pro omnibus aliis terris et rebus ad mascium pertinentibus, corporaliter in tenere et in possessionem misit. Albertus not. imp. utrobique fui et breve descripsi.

*Originale:* O. 75; *Regestum A, c. 48.*

[1] *Il Reg. A:* Tenere S. Martini super Bellonem sive Bonellum qd. Mencucci *etc.*

1378. *1177.*

« Tenimentum Uberti, q. Labro dicebatur, qd. Paganucci de una petia terre ab eccl. B. Martini, que est non procul ab eccl. S. Pauli; de qua debet ipse et sui heredes in perpetuum reddere sol. III in nove(m)bri; que tenet: caput in via publica et aliquantum in terra predicte eccl., quam detinuerunt filii supradicti Guiscardi[1] Cacafollie, alterum in terra filiorum Stregi de Burgo, latus in terra predicti Homodei[1] qd. Petri Termucci, alterum in terra, quam detinuit predictus Guiscardus ab eadem canonica, et in terra, quam detinet predictus Homodei ab eadem canonica; unde reddit X star. grani et X milii; que terra supradicta est star. XX. A. Domini MCLXXVII. Petrus not. de (Cortina) ».

*Regestum A, c. 17. Nel margine di contro a questo reg., da mano coeva:* Venditum est, ut dicitur.

[1] *Cf. il reg. n. 836, cui si riferisce.*

1379. *1177.*

« Compera Ugonis archipresb. ab Arrigone qd. Rodolfi de Moçano et Rocchisiano f. eius, de una[1] cultra terre in Via

Meçana; que tenet: caput in terra Labri qd. Paganucci, alterum in terra, quam sibi reservavit, latus in terra Gratiani Insurratorii, alterum latus in via publica. A. Domini MCLXXVII. Petrus not. ».

*Regestum A, c. 28.*

[1] *Nel margine, da mano coeva:* Vendita est ista terra pro facto placiti, quod habuimus cum magistro Guidone cappellano domini pape.

1380. *31 Dicembre 1177.*

« Confessio predicti Riccomi[1] qua confessus est se debere reddere predicto Preiti de predictis terris star. VII grani et V milii, cum prius redderet VI grani et VI milii. A. Domini MCLXXVIII, prid. kal. ian. ».

*Regestum A, c. 8 v; Regestum B, c. 9 v.*

[1] *Cf. il reg. n. 1383, cui si riferisce. Il Reg. B:* Richomus qd. Boni dare tenetur Petro qd. Corbi star. XII grani et milii. Manu Iacobi not. (A.) MCLXXVIII, prid. kal ian.

1381. *Anagni, 20 Gennaio (1160-1178).*

Alexander (papa). Plebanis, capellanis et aliis clericis monasterio de Putheolo circumpositis. Quoniam indultum est religiosis viris, ut eos liberam habeant facultatem suscipiendi qui se illis in vita vel in morte reddiderint, universitati vestre artius inhibemus, ne aliquibus parrochianorum vestrorum aliquatenus prohibeatis, quin libere valeant apud prelibatum mon. habitum monachalem induere vel inibi sepeliri, si, sui compotes, in eodem l. elegerint sepulturam, salva tamen canonica iusticia illarum eccl. in parte testamenti, a quibus corpora mortuorum assumuntur. Illud movet et gravat nos plurimum, quod quidam vestrum, sicut accepimus, parrochianos suos ad predictum mon. non permittunt deferri, nisi illuc vivi portentur, qui vel monasticas vestes accipiunt, vel ibi elegerint sepeliri. Quod quidem iniquum est et detestabile et ecclesiastice honestati penitus inimicum; et ideo si ulterius fuerit ab aliquo vestrum presumptum, gravissima noveritis animadversione plectendum. Dat. Anagn., XIII kal. febr.

*Originale:* AA. 51. *Sigillo di piombo. Mittarelli, Ann. Camald., IV, app. 103, n. 66; Jaffé, n. 8558; Jaffé-L., n. 12976; Kehr, Italia Pontificia, III, 462, n. 4.*

1382. *Lucca, 25 Gennaio 1178.*

Fridericus imp. Prece et interventu fratrum nostrorum, Luc. ecclesię canonicorum, et specialiter ob merita capellani nostri Godefridi, eiusdem eccl. canonici, firmamus ac statuimus, ut eccl. B. Martini, que caput est Luc. episcopatus, ac sacrarium

sanctissimi Vultus et oblationes eiusdem eccl., claustrum et canonicorum personę, Deo et b. Martino inibi pro tempore militantium, cum rebus eorundem et ceteris ad eccl. vel claustrum pertinentibus, sub nostra defensione et mundiburdio permaneant. Curtem etiam de Fabialla cum placito et districto aliisque rebus ad eandem curtem pertinentibus, quam Gualdus et uxor eius Gisla pro remedio animę suę B. Martino dederunt, et curtem de Massagrosi cum placito et districto et cum suis manentibus, silvis, pascuis, pratis, paludibus, cum fauce Colobrarię infra Lacum, quantum iactus est da mmare, venationibus et marinis, piscariis, cum Tumulo etiam ad utendum et fruendum, a Sepe Arsa usque ad Bothas, sicut hec omnia per eandem curtem antiquitus possedisse dinoscuntur, quam curtem Bertha regalis suo precio comparavit et canonicę ecclesię B. Martini obtulit. Quicquid etiam a Bosone in eodem Tumulo comparaverunt, sicut per notarium in cartulis annotatum habetur. Et terciam curtem, S. Petronilla nomine, cum manentibus XXI in Massa Macinaria et cum placito et districto omnibusque rebus ad eandem curtem pertinentibus, una cum omnibus casis et sediminibus infra urbem Lucam et extra, campis, terris etc. et cum omnibus manentibus eorum, ubicumque sunt, cum districto et placito ipsorum, sicut canonici preteritis temporibus habuerunt, cum possessione etiam, quam habent in Cerbaria, sicut fossis olim circumdata est, cunctisque rebus et familiis legaliter ad predictam canonicam pertinentibus, que habent vel habituri sunt, canonicis confirmamus, precipientes, ut nullus dux, marchio etc. canonicos molestare audeat, aut de prefatis curtibus et predicto Tumulo forestando etc. disvestire, aut de rebus eorum seu ex familiis se intromittere temptet. Pena: auri libr. C. Cuius rei sunt tt.: Otto Babunbergensis electus Heinricus, Werzo marchio de Wasto, Murruellus Malaspina marchio, Gerardus marchio de Gavio, Macharius comes de Sancto Miniate et filius eius Franko, Hermannus Paganelli, et Paganellus de Porcari, Wido de Montemagno et filii eius Paganellus et Ingerammus, Burcardus iunior prefectus Magdeburgensis, Fridericus de Anfurt, Boto de Messingen, Ulricus[1] de Lucelnhart, Ulricus[1] de Karcanis, Wido de Sancto Nazario, Deutesalvi Papiensis, Garzapan de Verona et filius eius Albertus, Ranucius Scorzo de Cesena, Ranucinus de Gummula et alii quamplures. Godefridus canc., vice Phylippi Coloniensis archiep. et Ytalici regni archic., recognovi. Acta sunt hec a. M°C°LXX°VIII°, ind. XI, a. regni XX°VI°, imperii XX°IIII°. Dat. apud Lucam civ., in palatio episcopali, VIII kal. febr.

*Originale*: CC. 15. *Sigillo pendente, perduto. Copia cart. 1374 novembre 22, Arch. Capit., cod.*: P ✠ XXXI, *c. 4 e c. 11 estr.; Copia cart.*

*sec. XVII, ibid. cod.:* P ✠ XII, *c. 65; Due copie cart. 1659, febbraio 11, ibid.:* Banco XVIII, busta VI; *Stumpf, n. 4242, Acta ined., 211, n. 157; Simonsfeld, Weit. Urkund. Friedrich etc. nei Sitzungsber. etc. der Wissenschaften, 1906, III, p. 400.*

[1] *Corretto da* Olricus

1383. *Lucca, 30 Gennaio 1178.*

A. MCLXXVIII, III kal. febr., ind. XI. Ego Preitis qd. Petri Corbi per hanc cartulam pro anime meę et Aveline uxoris meę et parentum meorum remedio dono et trado atque offero tibi canonice S. Martini Luc. episcopatus unum star. de grano de recoltu seu redditu de infrascriptis tribus petiis de terris et omne ius et actionem et repetitionem, tenimentum, usum, derictum et melioramentum, que habeo et michi pertinent aliquo modo de eisdem tribus petiis, secundum portionem, q. contingit ipsum star.; que videntur esse in l. Decentula et quas detineo per tenimentum ab hospitali suprascripti S. Martini[1] et que obvenerunt mihi per comparam a Riccomo qd. Boni et Bona eius uxore et ego in continenti sibi reddidi per tenimentum et erat solitus reddere inde michi omni anno XII star. de blava, sicut apparet in cartula Gatti not. imp.; set modo aliter ea reddit et ipse Riccomus solvit pro me omni anno solitam pensionem seu redditum de eisdem terris, unde ipsi iugales iure pignoris pro sic solvendo obligaverunt michi sex petias de terris et omnes alias terras, quas detinent a predicto hospitali, sicut apparet in alia cartula eiusdem Gatti. Prima de tribus petiis est campus cum arboribus u. d. Pruno, tenens: unum caput in semitula, aliud in terra Gai * *, latus unum in terra Malevollie et suorum consortum, alterum in terra suprascripti hospitalis; secunda est campus ibidem, tenens: unum caput in suprascripta semitula, aliud in terra Martini et suorum consortum, latus unum in terra filii qd. Rolandi Sassi, alterum in terra suprascripti hospitalis; inter ambas sunt per mensuram star. XX et una scala; tertia est campus u. d. Cintolle, tenens: unum caput in semitula, aliud in terra Rolandi qd. Betti, latus unum in terra suprascripti hospitalis, aliud in terra Ugolini qd. Guilielmi; et est per mensuram cultra una cum pert. mensurata; quatinus omnes ius et actio atque repetitio de predictis terris et grano deinceps in vita mea et post obitum meum sint in proprietate eccl. et canonice S. Martini et potestate canonicorum et habeant et recolligant inde unum star. de grano de suprascripto redditu seu recoltu annuatim. Spondeo me atque meos heredes et obligo fore inde auctores et defensores ab omni homine de nostro etiam dolo atque facto in his omnibus, repromittendo et omnia observare, ad penam mille sol. Luc. den. et consulum et

treuguanorum Luc. presentium et futurorum et alterius potestatis, si qua Luce prefuerit; et ita, ut canonici omni anno faciant anniversarium pro animabus nostris, et non habeant potestatem suprascriptas terras vendendi, pignorandi, obligandi, neque aliquo modo alienandi; set ne de redditu aliqua oriatur altercatio, ex huius instrumenti publici clareat serie, quod predictus Riccomus prius reddebat michi star. VI de grano et VI de millio, set modo, ex conventione habita inter me et ipsum et quia dedi sibi sol. VII Luc. monete, reddit michi star. VII de grano et star. V de millio, sicut apparet in breve Iacobi not. imp. Act. fuit Luce, in canonica S. Martini. Preitis hanc cartulam fieri rogavit. Giafari diac., Bertraimus qd. Ugolini, Trufa qd. Leucii tt. interfuerunt manusque imposuerunt. Otto not. imp.

*Originale:* I. 26; *Regestum A, c. 8 v.* *Nel verso della carta, da mano del sec. XIII:* Bonagiunta, prenominatus Cocoraia *(?)*, qui moratur iuxta turrem *(?)* Overardi *(?)*, dicitur habere bona istius Riccomi; *e da mano del sec. XIII-XIV:* De capella S. Martini ad Ducentulam.

[1] *Il Reg. A:* Offersio Preitis qd. Corbi de I star. grani super melioramento trium petiarum terre, q. sunt in Ducentula, quas detinebat ab hospitali nostro S. Alexandri et quas detinebat ab eodem Riccomus qd. Boni, unde reddebat eidem XII star. grani; de quibus XII star. iudicavit nobis I star. cum duodecima parte meliorament predictarum terrarum.

1384. *(Prima del 13 Febbraio 1178 ?).*

Testes ex parte Vinci in causa cum presb. Scotto eccl. S. Michaelis de Ascheto. Bandorus, iuratus, dixit: Recordor de annis XL et plus et vidi presb. Ildebrandum eccl. S. Michaelis et omnes alios post illum, usque quo fraternitas fuit ordinata, facere officium in eccl. S. Salvatoris et audivi, iam sunt anni XL et plus, quod Ghiottornosi dabant annuatim presbitero S. Michaelis sol. V pro eo quod cantabat ibi missam et vidi quod eccl. minabatur ruinam, et ego et alii vicini S. Michaelis et Vincius adiuvimus eam restaurare et vineam scio quia presbiteri illius eccl. vendiderunt, quam Maldoctus ibi iudicaverat; quam venditionem quia ego et alii vicini et Vincius habuimus pro malo, deposuimus querimoniam apud consules maiores et eorum interventu presbiter reddidit den. et videtur mihi quod idem presb. postea tenuit et laboravit eam. Postea ego et alii ordinavimus fraternitatem, quam fecimus apud eccl. S. Michaelis, quousque habuimus domum. Interim introivimus in vineam et laboravimus eam pro eccl. et fraternitate. Postea presbiter conquerebatur et dicebat: Vos abstulistis mihi vineam; non cantabo hic missam. Et sic audivi, quod concordavit se cum confratribus ut reciperet den. ab eis et offi-

cium faceret. Postea, quia exigebat plus quam fratribus videretur congruum, venit ad discordiam cum eis, unde presbiter dimisit officium facere. Confratres acquirebant alios presbiteros et faciebant facere officium et tenebant clavem eccl. et faciebant pro suo velle. Antiquitus, tempore presb. Ildebrandi et aliorum, vidi quod Petrus capannarius, homo Maldocti, habebat clavem eccl. et faciebat luminaria, et videtur mihi quod per dominos faciebat et tenebat clavem, et Vincius tenebat ibi suas but(t)es, et vidi quod in die festi faciebat presb.[1] missam apud eccl. S. Michaelis. Toscius, iuratus, dixit de presb. Ildebrando et aliis presb. S. Michaelis, usque ad tempus discordie, per visum idem quod Bandorus et audivi, quod Ghiottornosi dabant ob id sibi blavam et v den. et semel in die kal. ian. vidi matrem Vinci ponere den. in altare, quos illa dicebat quod erant sol. III et presb. S. Michaelis dabat sibi manducare et apud eccl. S. Michaelis fiebat maior missa et vidi reficere eccl. S. Salvatoris adiutorio meo et aliorum vicinorum et Vinci et audivi tunc a Bandoro, quod Vincius dederat sibi adiutorium sol. x, et vineam vidi presbiteros tenere usque ad ordinationem fraternitatis et dederunt eam ad lab. cuidam de Vurno, et fraternitatem faciebamus apud eccl. S. Michaelis, usque ad factam domum, discordia fuit inter nos confratres et presbiterum, quia cum primo daremus sibi in anno sol. v et postea VII et postea plus, dicebat, quod non cantaret ibi pro tanto et in quodam die kal. ian. cum fecissemus ibi expensam et presb. Signorectus non veniebat ad cantandam missam, rogatus a Petro Torto et aliis venit et nos dedimus sibi II sol. et ea die iuraverunt quidam ex nobis, quod amplius ille non cantaret ibi missam et ita fecimus alios presb. facere postea ibi officium quandoque rogando plebanum, ut daret nobis presbiterum. Antiquitus clavis huius eccl. semper tenebatur in domo capannarie[2] per Ghiottornosos, ut semper audiebam, et semper audivi quod Vincius erat patronus et fecit inde nobis cartulam et refutationem. Coccus, iuratus, dixit: Ego teneo clavem et tenui huius eccl. S. Salvatoris per confratres iam sunt anni IV et semper, ex quo recordor, audivi ab Ugolino Granate et ab aliis, quod Vincius erat patronus et illi de domo sua dabant pretium presbiteris de S. Michaele, qui cantabant ibi missam. Gualterone, iuratus, dixit nichil nisi ex auditu et post fraternitatem factam, nec recordor ex alio presb. antiquiori nisi de presb. Signoretto, quia non sum ibi antiquus. Balordus, iuratus, dixit: Iam sunt anni XXXVI quod audivi ab Ugolino Granata, quod presb. S. Michaelis faciebat officium in hac eccl. S. Salvatoris pro pretio, quod recipiebat inde a Ghiottornosis et vidi presbiteros tenere vineam et cum fraternitas foret,

quam fecimus apud eccl. S. Michaelis, bis vel plus fui ad consilium et consiliati fuimus petere vineam a presb. Segnorecto et dare sibi den. et sic ivi cum aliis et diximus honorifice sibi ut assentiret nobis vineam et nos daremus sibi den. et ipse non minus serviret illi eccl. et presb. Signorectus dixit: Bono homine, facio quod vobis placet, et sic collocavimus sibi dare in illo anno sol. v, in alio anno dixit quod non serviret nobis pro tanto et in secundo et tertio similiter et sic venimus ad discordiam cum eo. Postea quandoque habuimus presbiteros a plebano, quandoque aliunde et semper, ex quo recordor, vidi quod clavis tenebatur in domo, q. modo est Malpeli, qui tenebant eam per dominos, ut semper audivi, et semper audivi quod Ghiottornosi erant patroni. Petrus de Vurno, iuratus, dixit: Ego steti in masio Ughicionis Pauli et adiuvi facere fraternitatem; postea presb. Blancus dicebat quia vinea erat sua et omnia debebant esse sub eo; sic fuimus inde ad discordiam cum eo, unde in quadam sua infirmitate presb. Blancus fecit refutationem in manus confratrum quod amplius non imbrigaret nos, ut audivi tunc a sociis meis confratribus, qui dicebant se interfuisse, et audivi postea quod presb. Signorectus fecit similiter et presb. primo adiuvabat nos ad fraternitatem et apud eccl. S. Michaelis fecimus eam semel vel bis. Riccomus, q. moratur ad Vurnum, iuratus, dixit: Ego non recordor quod alius tenuisset vineam nisi confratres; semel cum ego essem guardia fraternitatis cum Ubertello et aliis, de quibus non recordor, fecimus concordiam cum presb. Signorecto S. Michaelis ut cantaret ad hanc eccl. S. Salvatoris per annum et nos daremus sibi sol. vii et postea eos solvi, et in quodam alio anno, cum essem similiter guardia, feci cum eo similiter concordiam de ix sol. et solvi cum sociis meis similiter, postea, in quodam ian., cum cantasset matutinum, dixit quod non cantaret missam, quia finitus erat suus terminus; tandem tantum rogavimus eum, quod fecit missam et nos dedimus sibi ii sol. Postea iuraverunt quidam ex nobis, quod amplius non cantaret ibi missam, et sic postea fecimus concordiam cum presbitero de S. Ambrosio, qui cantavit ibi per decem et octo menses pro sol. xviii sine discordia, quam ego vidissem vel audissem, et semper audivi quod Vincius erat patronus. Ferrante qd. Snucchi, iuratus, dixit: Recordor quod semel cum ego essem guardia fraternitatis cum Ubertello Alaghieri et presb. Blancus dicebat quod non faceret ibi officium nisi haberet quod sibi videretur conveniens et sic clare recordor quod fecimus conventum cum eo, ut cantaret deinde ad annum et convenimus sibi den. dare, ut[3] michi[4] videtur, sol. x, et videtur mihi, quod fui alia hora similiter ad faciendam conventio-

nem cum eodem presb. Blanco. De presb. Signorecto clare recordor quod fui semel et convenit nobis facere ibi officium deinde ad annum pro sol. x et unus ex nobis nolebat ei dare nisi octo. Recessit et ego cum illis, q. mecum erant, firmavimus cum eo de dandis x sol. et dedimus sibi eos postea, et audivi a quibusdam de confratribus, quod presb. Signorectus in infirmitate, de qua mortuus fuit, dixit eis: Confiteor me peccasse de facto S. Salvatoris; rogo, ut dimittatis mihi, et semper audivi quod Vincius erat patronus; et inde sumpta occasione quidam de nobis dicebant, quod non facerent ibi aliquid. Quare Vincius in publico confratrum conventu (?) fecit eis inde[5] refutationem, et credo quod postea fecit inde eis cartulam. Bindorus, iuratus, dixit: Iam possunt esse anni xxiii, quod ego confrater fui et sepe postea audivi quod Vincius erat patronus et pro eo et domo sua fiebat ibi officium et ipsi dabant inde pretium, et scio quod socii mei guardiani fraternitatis dedimus presb. Signorecto aut presb. Blanco sol. ix pro conventione facta cum eo de officio per annum ibi faciendo, ut audiebam a sociis meis, ego tamen conventioni vel solutioni non interfui et de confessione presb. Signorecti in morte idem quod Ferrante, per auditum. Guido f. Bertolotti, iuratus, dixit: Recordor quod vidi fraternitatem facere apud eccl. S. Salvatoris antequam domus fieret et audivi quod presbiter S. Michaelis faciebat ibi officium et pro domo Vinci, ut audivi, et de eius domo, ut audivi, habebat meritum, et quadam hora ego et Ubertellus Alagheri, ut mihi videtur, set de me et conventione clare recordor, fecimus conventum cum presb. Signorecto de dandis sibi sol. vii vel viii, et ipse promisit nobis facere officium ad eccl. S. Salvatoris bis vel ter in ebdomada per annum, et secundum conventionem solvi et semper annuatim guardiani conveniebant cum presbitero, secundum quod publice referebant, et recordor quod in quodam ian. non veniebat ibi ad faciendam missam, et dicebat: Terminus finitus est mee conventionis; non veniam. Tandem scio quod habuit ii sol., et venit et postea ego et quidam alii iuravimus, quod amplius non cantaret ibi missam; sic ego et Ubertellus Alagheri et Iovane et alii fecimus conventum cum presb. Scarito de S. Ambrosio de faciendo ibi officium per annum pro xii sol., et ego solvi sibi den. sol. xviii pro mensibus xviii et nullam inde molestiam habuimus in illo termino et postea duximus ibi presb. Gratianum de S. Alexandro, similiter sine molestia, et interfui in quadam infirmitate presb. Blanci, quando reddidit se culpabilem Deo et nobis de briga, quam nobis et fraternitati fecerat et fecit tunc refutationem in manus meas et Vinci et aliorum, quod amplius nullam litem nobis mitteret, et fecit se

confratrem nostrum et audivi quod presb. Signorectus in quadam sua infirmitate fecit similiter et semper, ex quo recordor, audivi quod antecessores Vinci edificaverunt eccl. illam et per eum officiabatur et per eum tenebatur clavis. Guido Venture, iuratus, dixit: Ego quandoque fui guardia huius fraternitatis et bene scio quia presbiter S. Michaelis cantabat ibi ad pretium pro conventione facta cum sociis meis; ego conventioni non interfui et de refutatione facta a presb. Signorecto idem, quod suprascripti, ex auditu. Nordilio, iuratus, dixit: Clare recordor quod semel ego guardianus huius fraternitatis feci conventum cum presb. Signorecto ut cantaret officium ad hanc eccl. pro pretio, quod inde sibi conveni per annum et solvi sibi et quodam alio anno fui ad solvendum sibi similiter pro conventione, quam alii inde sibi fecerant et bene scio quia per pretium ibi cantabat et aliter non veniebat, nisi pretium haberet. Iovane, iuratus, dixit idem quod Guido Venture et de refutatione facta a presb. Signorecto in infirmitate, de qua mortuus fuit, idem quod suprascripti per visum et interfuit, et de facto et dicto kal. ian. idem quod suprascripti per auditum ibidem a sociis, et interfuit tunc et semper audivi quod Vincius erat patronus, et in tempore quod presb. S. Ambrosii cantavit pro nobis, nullam habuimus inde litem vel molestiam. Rainerius Montonis, iuratus, dixit de refutatione facta a presb. Signorecto idem quod Iovane et tanto plus, quod unus ex nobis dixit: Modo da nobis breve, quod detulisti a papa, et ipse dixit: Episcopus Gregorius habet; ex quo evasero, reacquiram et dabo vobis, et Vincius semper fuit patronus et fecit tenere clavem et dabat domus sua pretium cantature, ut audivi. Ubertellus Alagheri, iuratus, dixit idem quod Rainerius Montonis et ipse Ubertellus repetiit litteras apostolici et de facto kal. ian. idem quod suprascripti per visum, et bene scio, quia per pretium ibi cantabant, ut socii referebant, et semel interfui ad faciendam conventionem et quia presb. Signorettus petebat x, ego nolebam dare nisi VIII, recessi et socii mei firmaverunt de x et solvimus, et de facto Vinci idem quod Rainerius, scilicet per auditum ab antiquis. Malagall[ia], uterinus frater Avinci, iuratus, dixit: Post mortem patris mei, mater mea nupsit Signorecto Ghiottornoso, de quo natus est Avincius, et ego stabam cum matre mea et sepe ivi cum ea in die festivitatis s. Salvatoris et videbam portare matrem meam communiter cum Maldocto et matre eius pretium cantaturę totius anni, scilicet sol. v et quandoque unus dabat uno anno et alter alio et post factam missam, ivamus ad comedendum ad S. Michaelem. et bene scio quia pro pretio cantature dabatur presbitero S. Michaelis non quod ego interfuissem conven-

tioni, set clarum erat inter nos et ita publice dicebatur, et de oblatione, que intrabat ibi, quandoque dabamus capannario et aliis, ad nostram voluntatem, absque contradictione presbiteri; clavem scio quia capannarius eorum pro Glottornosis detinebat et, cum erat opus de oleo, veniebat Petrus capannarius et dicebat matri mee, ut mandaret de oleo, et ipsa quandoque cum cognata uxore Maldocti faciebat inde aliquam altercationem et scio et videbam, quia mater mea, cum maritus mortuus foret ultra mare, detinebat buttes in hac eccl. ab uno latere et Maldoctus et post eius decessum uxor ab alio latere, et scio quod quadam hora, quia eccl. minabatur ruinam, dedit den. et rogavit vicinos et argumentavit ita quod eccl. fuit refecta et reapptata, et quidam de vicinis fecerunt ibi adiutorium et, non presb., excepto quod unum solum petium de ligno dedit ibi ut quilibet alius, ut audivi tunc a matre mea, et bene scio quia Ghiottornosi fuerunt patroni. Ugolinus, iuratus, dixit: Iam possunt esse anni XXV, parum plus vel minus, quod ego ivi in oscioreccium in domo Malpeli et habui per uxorem Mateldinam, q. fuit uxor Petri capannarii, et quod, cum moris esset tenere ibi clavem, tenui eam semper, et cum presbiter S. Michaelis veniebat, aperiebamus, et postea claudebamus et lampadem accendebam, set a quo clavis primo data fuisset, nescio, et, ex quo fui in domo, audivi quod Vincius erat patronus et vidi quod tenebat ibi buttem. Martinus de Pontetecto, iuratus, dixit: Iam sunt anni triginta quod audivi Vincium et domum suam esse patronos, et scio quod presbiter S. Michaelis pretio canebat in eccl. S. Salvatoris, verumtamen ego alicui conventioni non interfui, set ita audivi a confratribus. Pisanellus, iuratus, dixit: In proximo veniente februario erunt anni XVI quod ego accepi in uxorem filiam Petri capannarii et ivi ad standum ibi et ibi inveni clavem eccl. S. Salvatoris et ego tenui eam postea pro confratribus et accendebam lampadem et dabam aquam et vinum ad missam celebrandam et intravi in fraternitatem et fui guardia et acquisivi in tempore meo presbiterum de S. Ambrosio, et fecit ibi officium per annum pro confratribus et dedi inde sibi sol. IX; verumtamen presbiter S. Michaelis semper faciebat inde discordiam et litem, et quandoque acquisivi alios, set lis semper erat, et ego, donec steti ibi, semper tenui buttem in eccl. S. Salvatoris, et ego multum serviebam ibi. Postea in infirmitate presb. Segnorecti interfui quando ipse fecit finem et refutationem de eccl. S. Salvatoris et promisit, quod ipse, dum viveret, non moveret amplius litem vel molestiam inde, et hoc fecit in manus meas et Bandori et Ubertelli Alagheri et filii qd. Montonis, et tunc diximus ei quod male fecerat de arboribus, quos

posuerat super nos, et ipse dixit: Vos ite et per meam parabolam incidite quas vultis, et sic ego in sequenti die ivi cum securi et talliavi omnes et talliatas portavi cum confratribus ad domum Bonoti, quia terra erat Artusii. Cispus, iuratus, dixit: Recordor quendam clericum eccl. S. Michaelis de Ascheto venire semel ad domum Vinci et Maldocti, et videtur mihi quod petebat IV star. de blava pro officio, quod faciebat in eccl. S. Salvatoris de Vineis, et recordor quod Maldoctus dedit vineam illam illi eccl., que est iuxta eandem eccl., et sunt anni XL et plus quod vidi clericum venire, ut supra dicitur, et credidi et credo illos esse patronos illius ecclesie.

*Copia del sec. XII-XIII, della stessa mano che ha scritto il doc. seguente*: 1. 122.

[1] presb. *è nell' interlineo.* [2] *Corretto da* campanarie [3] *Segue* sibi *cancellato.* [4] michi *è nell' interlineo.* [5] inde *è nell' interlineo.*

1385. *Lucca, 13 Febbraio 1178.*

Breve ad futuri temporis demo(n)strationem, qualiter in civ. Luc., in claustro canonice S. Martini Luc. episcopatus, Scoctus presb. eccl. S. Michaelis de Schleto, pro ipsa eccl., litigando, ab una parte, et Vincius qd. Signorecti confrater fraternitatis S. Salvatoris de Vineis, pro se et pro communi fraternitatis, litigando, ab altera, invicem inter se investitionem dederunt, et Scoctus se suosque successores et eccl. S. Michaelis et iamdictus Avincius se suosque successores et commune fraternitatis obligavit, quod quicquid Ugo archipresb. prelibate eccl. sancte maioris Luc. eccl. et Rolandus presb. et prior eccl. et canonice S. Michaelis de Foro, de lite et discordia infra posita per laudamentum dicerent, ambe partes firmum haberent et tenerent omni tempore, sub pena summi pontificis et Luc. ep. et canonicorum et C libr. den. Luc. monete. Lis talis erat: Petebat Scoctus restitutionem possessionis vel quasi eccl. S. Salvatoris pro sua eccl. et ut possit et debeat in ea officium celebrare et administrationem ipsius et eius bonorum habere, prout decet prefatam eccl. de sua eccl. habere, sine inquietatione et imbrigamento Avincii et confratrum fraternitatis; sic enim asserebat ex antiquissima consuetudine suos antecessores fecisse et circa hec plurima et multa pro sua parte allegabat; quod in totum Avincius faciendum recusabat; confitebatur tamen, quod sacerdotes eccl. S. Michaelis in eccl. S. Salvatoris ex antiqua consuetudine officium fecerant; verum allegabat pro se et suis antecessoribus, quos dicebat patronos ipsius eccl. fuisse et quod annuo et convento beneficio, quod ob id ab eis habebant, illud fecisse; asserebat similiter, post fraternitatem factam, sacer-

dotes S. Michaelis fecisse in eccl. S. Salvatoris similiter officium pro confratribus et pro certa annua conventione, quam annuatim cum confratribus faciebant et pro certa soluctione den., quam annuatim ab eis recipiebant pro officio ibi celebrando, et, cum hanc discordiam etiam cum antecessoribus Scocti habuisset, asserebat presb. Blancum et presb. Signorectum sacerdotes eccl. S. Michaelis exinde in manus confratrum finem et refutationem fecisse; et contra, Avincius, pro se et pro confratribus et ipsa eccl. S. Salvatoris, petebat a suprascripto presb., ut quiete dimittat eos eligere et habere sacerdotes in dicta eccl. Archipresb. et prior, cognitores huius cause ex delegatione Alexandri summi pontificis, et ex compromisso partium huius cause arbitri, causa diligenti cura inspecta et examinata, testibus sub iureiurando diligenter examinatis et eorum attestationibus inspectis, taliter litem finierunt, priore dicente: In nom. s. Trinitatis, amen. Ego Rolandus prior, cum accordamento Ugonis archipresb. et consilio Urbiciani iudicis huius cause assessoris nostri, litem per laudamentum decidimus: presb. Scocto suoque sotio eorumque successoribus damus facultatem celebrandi officium in predicta eccl. sine contradictione predictorum confratrum et omnium personarum pro eis, donec eadem eccl. S. Salvatoris habeat annuos redditus sue possessionis ad minus duorum modiorum [bla]ve(*?*) et duorum plaustrorum vini et denariorum triginta soldorum vel valens; cum autem annue redditus habuerit, Avincio et confratribus, q. per tempora in prelatione fraternitatis fuerint, vice populi, cum eccl. S. Salvatoris populo vacet, potestatem nominandi et petendi ibi sacerdotem hoc ordine attribuimus: quotienscumque opus fuerit in eccl. S. Salvatoris sacerdotem vel clericum prelatum ponere, qui in capite fuerint fraternitatis invenerint cl. vel presb., inventum denuntient cappellano S. Michaelis et invitent eum sine fraude, ut sit cum eis ad maiorem canonicam Luc. civ. pro collatione presb. vel cl. eccl. S. Salvatoris, ibique facta nominatione a confratribus sacerdotis vel cl., credimus canonicam favere iuste petitioni eorum, et ipse presb. vel cl. faciat promissionem arbitrio canonice, quod studiose non dabit operam, ut ractio et beneficium eccl. S. Michaelis minuetur et quod studiose non recipiet aliquem de populo eccl. S. Michaelis ad sepulturam vel officium vel ad penitentiam, ad dampnictatem eccl. S. Michaelis; et si prelatus eccl. S. Michaelis eum invitaverit ad solempnitatem sue eccl. ad eundum cum eo ad letanias, quod faciat sine fraude invitationi eius, et insuper, pro honore et reverentia eccl. S. Michaelis, omni anno, in festo s. Michaelis de mense madii, deferat et dimictat ibidem cereum unius libre, ad minus, et donec presb. S. Michae-

lis in eccl. S. Salvatoris officium fecerit, habeat de bonis eius sol. xx pro rata temporis; et quia cognoscimus eccl. S. Salvatoris populo vacare et esse in parrochia eccl. S. Michaelis, constituimus, ut presb. vel cl., q. per tempora fuerit in prelatione eccl. S. Salvatoris, nullum illius parochie masculum vel feminam recipiat ad penitentiam vel ad officium seu ad sepulturam, nisi forte voluntate vel assensu presb. S. Michaelis; et si quo tempore collegium fraternitatis esse desierit, et eccl. S. Salvatoris cl. vel presb. vacaverit, sacerdotes eccl. S. Michaelis habeant potestatem eligendi ibi presb. et a canonica petendi; et ab omni alia suprascripta petitione utramque partem absolvimus. In presentia: presb. Benedicti canonici S. Reparate, Guidi Venture et Raynerii de Massa et Martini de Pontetetto et Ghiselli Guiscardi et Albonecti Artuscii. A. MCLXXVIII, id. febr., ind. XI. Urbicianus imp. iudex et not., ex iussione suprascriptorum canonicorum et dictarum partium, hec in publicam scripturam redegi.

*Copia del sec. XII-XIII:* I. 122. *Cf. il reg. precedente.*

1386. *Ospedale di S. Martino (Lucca), 19 Febbraio 1178.*

A. MCLXXVIII, XI kal. mar., ind. XI. Ego Buosus presb. et rector hospitalis S. Martini, quia utile et conveniens mihi videtur ad opus hospitalis, cum consilio et voluntate Accursi subdiac. et Glandulfi cl. confratrum meorum et Guilielmi et Albertini et Baroncelli et Rape et Filipelli et Rossi atque Beffardi conversorum hospitalis, per hanc cartulam, permutationis nom., do et trado vobis Benedicto camerario et Dammiano et Matheo sacerdotibus et Bespillio diac. atque Ermanno subdiac. s. matricis eccl. B. Martini canonicis, pro vobis vestrisque confratribus, ad opus ipsius eccl. recipientibus, omnes terras et casas et res atque manentes hospitali pertinentes in l. Montisiano et in eius confinibus, una cum omni iure et actione de terris et casis et rebus atque manentibus, que reguntur per Gualtieri qd. Tuothi et Papam qd. Blanchi et Brunectum qd. Belli et Homodei qd. alterius Belli et Gerardum qd. fratrem suprascripti Blanchi massarios; unde reddunt omni anno sol. II Luc. monete per totum ian. et commestio datur uni homini reducenti redditum. Recepi a vobis in permutationem, ad opus et utilitatem hospitalis, omnes terras et casas et res S. Martini, que sunt in l. Ilice, que reguntur per Rusignolum qd. Mencaralli et per filium qd. Viviani fratris qd. Mencarelli;' unde reddunt II sol. et recipitur commestio, et portionem S. Martini de ipsis manentibus, action(e)s et iura de ipsis rebus et manentibus S. Martino pertinentia. Pena dupli et sub. pena Luc. consulum et treuguanorum presentium et futu-

rorum et potestatis, que Luce pro tempore fuerit. Act. in domo hospitalis. S. m. suprascripti sacerdotis, q. hanc cartulam, cum consilio et voluntate confratrum et conversorum, tunc presentium, fieri rogavit. S. m. Benedicti qd. Pugnecti, Franchetti qd. Guittonis de Marlia, Guidulini qd. Basilii tt. Carus not. imp.

*Originale:* C. 31. *Nel verso, da mano del sec. XIII:* Rolandus fuit f. Gualterii; de Rolando sunt Baldinus et Bartholomeus gg.; Camporus fuit f. Burnetti; de Camporo est quidam filius nomine Riccius et Aldibrandinus et Vivianus not. (et Vivianus not. *è scritto nell'interlineo*); Mercatus est eius f. dicti Aldibrandini; Gallus fuit f. Homodei; de Gallo fuit quidam filius nomine Arrigus; de Arrigo est quidam nomine Gratianus; Bellus fuit f. Gerardi; de Bello fuit Iohannes; de Iohanne Bonaiutus est f. eius.

[1] *Corretto da* Mencaralli

1387. *Lucca, 28 Febbraio 1178.*

Breve memorie, qualiter in civ. Luc., sub presentia bonorum hominum quorum nomina in subiectis continentur, [...] Henrighus Tangrande pono in una parte: Dominicum massarium cum redditu sui masii et Grillum et Biloardum de Colle massarios et Pilianellum et Ghiermondinum de S. And[rea*(?)*... de*(?)*...]iliano (?) massarios ff. Guilielmetti de Solco et Rolandinum de Pilio et Birellum massarium et Boconem massarium de Vignamora et Ubertellum massarium de Debio fi[...]amondorum massarios et Stefanum de Colle massarium, Denaiolum massarium de Valgiano,[1] filios Gerardi de Verliano massarios et Signorettum Sardum [...]um et Omodei massarium et filium Brunecti de Puliano massarium, Amicum de Valgiano massarium, Rolanduccium de Paterno massarium, filios Arturii de Verga[ri]o et Ringhium de Valgiano et Galganum et Martinus de Buiti et suprascriptum Rolanduccium et Lucchettum de terra de Broino et star. IIII^or^ de grano et totidem de panico, [...] de S. Columbano sist. III de grano, Dominicum star. IIII de grano et unum et medium de panico, Pascium de Via Caula sol. II et unam meliopistam, Menchum de Communigna star. III de grano et II de panico et unum pollastrum et una die ad raunandum fenum, Porcellum star. II de grano et I de panico et den. X, filios Lietori de Co[m*(?)*]ugnano reddunt star. VI de grano et III de panico et star. VIII de musto, filios Ghiethi de Vignale reddunt star. II de grano; de terra, q. fuit olim de filiis Arnardi de S. Ianuario, recipimus omni anno star. VIIII de grano et XVIII de miscolato; Genoardus den. XII, Codennaccius reddit star. XII de grano et totidem Carfagnorus, Truffa reddit omni anno sol. VI, filii qd. Pitindelli[2] star. IIII de grano et vinea de Collerithe, quam detinet Corredus, star. XXXVI de musto, et vinea, quam detinet Corredus, prope casam Sighinolfi, recipimus star. XVIII

de musto; Ceppano star. IIII de grano, Lucchettus f. Vitalis fornarii star. IIII de grano et suprascriptus Corredus de agresto de Collerithe reddit den. XII, et Martinus, de Lama Prandi, de terra de Collerithi reddunt star. IIII de musto, item suprascriptus Lucchettus Vitalis fornarii et VI star. de blava, medium granum et medium milium, de terra de Lamosa, et Vivianus de S. Quirico III star. de grano et III de panico, Tebaldinus et Lupus de Casale reddunt star. XII de musto et I de grano et I de milio et I de fabe, inter duos annos unum manducare, de terra, q. fuit olim de casa[3] Corvarese; toti homines de S. Quirico faciunt nobis reddita et Iohannes de Colle et unam petiam de terra a Preetrorio, quam olim detinebat Bonithettus de castello, et de casa Corvarese et terra, quam detinet Finocchius a Ppronetta, ponimus star. XVIII de blava et star. VIIII de grano et VIIII de panico; item Folchinus cum ista parte terra, quam tenet a Pollicciano, ponimus in afficto star. I de grano et I de panico; Martinus de Lama Prandi reddit nobis pro afficto star. VI de grano et unam petiam de terra, prope eodem l., ponimus in afficto star. I de grano de terra, quam detinet ad medium Signorettus Sardus, reddit annuatim de compra Pisciatina den. XXXVIII et II pollastros, Omodei reddit adnuatim de compra Pisciatina den. XXVII et mediam albergariam tribus hominibus et duobus equis, Bene de terra de Petriccio reddit[4] den. XII annuatim. Item homines de compera Pisana, Brunectus Mascarelli, Nuvilus de Camiliano et Camilianus et Baroccius et Olivorus et Carandorus et Andrea et Magnorus et reddunt omni anno sol. XV, minus den. III (?) et star. V de grano et I de panico,[5] et Rambottor de Camiliano star. III de grano, suprascriptus Andrea reddit annuatim star. III de mischolato[6] et unum pollastrum, Cascius et Guido de Buiti et reddunt annuatim sol. VI, Gerardus et Martinus de Buiti den. XXIII, Uguicione de Thana den. XXII; item Vivianus et Bonusaccorsus star. I de grano et commestionem duobus hominibus, et in alia parte den. VII Martinus Guidocti et eius nepos star. IIII de grano et den. XVI, prefatus Signorettus et Homodei et filius Brunecti reddunt annuatim, de compera facta ab Henrigone, star. XX de panico et sol. octo et star.[7] XXXVI de musto et albergarie, sicut est usus, prefatus Signorettus reddit star. III de grano et I Omodei et Baracuccius et Moreccius reddunt duas commestiones et den. XVIIII et albergarie, sicut est usus, et star. II de panico, filii Martini Carboni den. VIIII et Brunectus den. V, Guilielmettus duas gallinas, Signiorectus de terra de Piliano den. IIII in ista parte habet sexta parte Rodolfinus de Carfaniana, de compera facta a Ruberto filio minori filii de Lanciacagna de Puliciano de terra de Lavacchio

star. VIII de grano et VIII de milio et unam petiam de terra in l. Ruchi et dicitur Pruneta, et est I cultra, reddunt star. VIII de grano et de milio per medietatem, prope terram Ghiandori. Item Rambottus f. Ghiandori star. II et medium de grano, Vitali de Puliciano[8] star. II de grano. Item I petiam de terra, unde Cigolinus qd. Martini reddit star. I de grano suprascriptus Pelatus I star. de grano, item I petiam de terra, quam Guido de Ripa tenet, que est campus et (est?) media cultra, reddit star. II de grano et II de miscolato, Accorsus de S. Petro star. III de panico, filii Mattelde et massarii et Ubertellus de Puliano massarii reddunt star. I et medium de ficubus siccis, Ubertellus et Rustichellus massarii star. XXX de musto, Contuscius qd. Signorelli star. XXIIII de musto, Carincione f. Rodulfini star. VIII de musto, Toscius Bondori annuatim star.[9] XVI de musto, Montaninus et Rusticucius star. VIII de musto, prefati Ubertellus et Rustichellus massarii sol. VI den. et IIII^or operas et terra, quam tene(n)t filii Guiscardi de Vignale a Rivo Morto, ponimus star. III de grano, Astanova detinet I petiam de terra a Policiano, ponimus star. II de grano et den. XII et I pollastrum, filii Ubertelli de Paterno massarii star. XXXII de vino et VIII operas et duas ascinatas de fieno recare de campo et II operas cum duobus asinis in tertio in tertio anno, I spalla et I ladorese et omni anno den. XII et unum panerium de ficubus et in tertio anno duos fiadones et IIII^or focacciis et in tertio anno unum star. de ficubus siccis et castaneis mollareis masio de Laviano cum omni sua pertinentia, unde recepimus sol. XI et I die cum duobus someri et star. VI de castaneis mollareis et star. X de grano et VI de milio, filii Pensamale de terra de Fontanella ponimus star. II de grano et den. II, Bellomus de S. Petro sol. III et den. IIII et I painerium de ficubus, Rambottus cum suis compositis et filii Ubertelli de Astabia den. XXXI, filii Cigoli star. I de grano et I de milio et I pollastrum, Cigolinus de Gunda star. II de grano et II de panico, filii Guarini den. VI, Aligrettus den. XIIII, item casalino de Castellare et terra, in qua est puteo, et terra, q. est olivetus, prope casam filiorum qd. Caimi u. d. sub Campo et terra quam detinet Signorectus Conecti, prope plebem, et I petiam, q. est vinea, ultra rio, quam detinet Signorectus et Buricus et terra, quam detinet Meliorectus, ultra rivo, sol. III et terra de Colomboro, quę est guercietus. Item Cigolinus de Verliano et eius nepos reddunt den. V, Petrus de Cavina den. III, Henrighettus Gellosus den. II, Lambertuccius den. III, de quibus sunt nostre de tribus partibus, duabus, Guidus massarius de Villa cum sua reddita. Item feudum, quod habemus a Chirardinghis et a filiis Soffredi de Vurno. Item tres cultras de terris, quas habe-

mus ad Pontem de Formica et fuit qd. Guidi et Malathani cum parte de medietate orto, quod habemus ad Puliam, quod est tertia portio. Item tertiam partem de terra, quod habemus ab occidente in Centinaria. Item ortus, q. fuit Pandicampi, et casalina, quę sunt in classo Sugruminiensis, et in curia Ildebrandi cum suis casis et capannis. Item aliam petiam de terra cum casa super se, sita in classo Sugruminiensis,[10] quecumque habeat istam partem, solvat per totum martium mensem, ad domum de Sogrominio, libr. IIII et ad molendinos sol. C per totum mensem martii. Intellectus talis est: ubicumque tertia pars ponitur alicuius terre, intelligatur in quantitate mensure, non in qualitate bonitatis, et debeant esse inter se auctores et defensores de terris, que fuerunt Guidi Mariscotti, et quicumque habet istam portionem, non faciat ubacum super alium; si est ibi, auferatur per totum mensem madii usque ad tria brachia in altum; et hec totum dicimus in allevando vel incidendo: hec omnia pono in unam partem cum ea quę sunt in inferiori cartula et omnes terras, unde predicti redditus redduntur. Testes uius rei sunt: Tingnosus causidicus et Cecius qd. Rolandi et Rubertinus qd. Forciori et Franchettus qd. Cicoli, Ubertus qd. Bernardi A. MCLXXVIII, prid. kal. mar., ind. XI. Isti sunt nostri fideles: Tignosus, Rolandinus, Rossingnus, Henrighettus, Genoardus, Toscanellus, Bellandus, Henrighettus, Gulia, Ugolinus Lonbardi, Pitorus et Franchettus, Baldinus de la Cone, Vivianus de Sancto, Ubertellus de Prato (?), Signorettus de Prato, Lucchettus f. Vitali fornarii; decimali: Bornectus da Pera, Vivianus Straccius de masio de Pera, Guilielmettorus, casa Saracini, casa Belli, casa Poppori, casa Bondori, Martinus de la Selva, Stefanuccius, Toscanellus, Augustinus de Capanna, Gogiorus, casa Moronti de Ritrellioro, Albertus de Carcara, filii Martini Ricci, Casale (?); et hec est illa cartula, de qua diximus superius: in inferiori cartula; scilicet de fidelibus et decimalibus.

*Copia del sec. XII:* I. 83. *Nel verso, da mano del sec. XII:* Cartula de hominibus de Sogruminio; *e da mano del sec. XIII-XIV:* Carta divisionis facte per Henrigum Tangrandem de hominibus de Sogromigno et aliis.

[1] de Valgiano *è nell' interlineo.* [2] *Corretto da* Pidindelli [3] de casa *è nell' interlineo.* [4] reddit *è nell' interlineo.* [5] *Il passo da* et Carandorus *fino a* panico *è scritto nell' interlineo.* [6] mischolato *è scritto su rasura.* [7] *Le parole* et sol. octo et star. *sono scritte su rasura.* [8] *Corretto da* Puliano [9] *Le parole* Toscius Bondori annuatim star. *sono scritte su rasura.* [10] *Il passo da* in curia *fino a* Sugruminiensis *è nell' interlineo.*

1388. *Lucca, 17 Marzo 1178.*

Breve memorie, qualiter in Luc. civ., intus claustrum canonice S. Martini, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius scripta sunt, Benedictus presb. et can. et camerarius

eccl. et canonice S. Martini, cum consilio et accordamento presb. Baldicionis et presb. Guidonis et presb. Tigniosi atque magistri Hermanni et Henrichi Tasche atque Rolandi de Bacciana confratrum suorum, per cartam, quam in sua detinebat manu, investivit per tenimentum et perpetuam locationem Ugolinum[1] qd. Ghethi[2] et Ferrucium qd. Bonifredi de una petia de terra, per quam currit unus rivus, et esse videtur in l. et fin. Masse Pisane u. d. ad Scopecium,[3] non procul ab eccl. S. Marie de ipso l., sicut inventa et terminata est per capita et latera; quatinus Ugolinus et Ferrucius et eorum heredes ac proheredes haberent et tenerent suprascriptam petiam ad hedificandum et faciendum ibi molendinum, ad reddendum tamen de eo pensionem per singulum annum in mense aug. tractum et paratum ad Lucam, ad predictam canonicam, Benedicto vel s[ui]s s[ucc]essoribus ac prosuccessoribus de bono grano sicco et rationabiliter mundo, cum iusto star. Luc. venditorio, star. VIII;[4] et canonici spoponderunt et se suosque successores ac prosuccessores obligaverunt, quod ipsi non debent tollere suprascriptam petiam aut aliquid superimponere Ugolino et Ferrucio nec eorum heredibus ac proheredibus, sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret, ac libr. X arg.; et Ugolinus et Ferrucius promiserunt et se suosque heredes ac proheredes obligaverunt dare predictam pensionem omni anno in suprascripto termino et in predicto l., sub predictis penis; et si aliquo tempore venerint ad vendendum melioramentum eorum, quod habebunt in suprascriptam terram, debent inquirere canonici et si ipsi voluerint emere, debent dare eis pro sol. X minus quantum ab aliis in veritate habere potuerint, et si aliquo casu dimiserint terram et molendinum, canonici debent habere hedificium molendini sine aliqua molestia et sine aliquo pretio, sub predictis penis; et canonici promiserunt dare commestionem rationabiliter, panem et caseum, uni persone, q. [vene]rit cum suprascripto grano. In presentia: Gervasii qd. Rodolfi, Mellotti f. Andree, Albertini qd. Albertini. A. MCLXXVIII, XVI kal. apr., ind. XI. Supradicti homines ibi fuere. Petrus not. imp.

*Originale:* B. 2; *Regestum A. c. 46*; *Regestum B, c. 64 v.* *Cf. il reg. seguente.*

1 *Il Reg. A ha nell'interlineo, da mano coeva:* de quo Paulus 2 *Il Reg. B:* qd. Ghechi 3 *Il Reg. B:* in l. dicto Scopiccio *Il Reg. A aggiunge:* ubi est molinum Pauli 4 *Il Reg. A aggiunge:* quod granum modo reddit Paulus, q. habitat in molino, quod obtulit nobis presb. Iohannes canonicus S. Martini.

1389. *Lucca, 17 Marzo 1178.*

Breve ad futuram demonstrationem, qualiter in Luc. civ., intus claustrum S. Martini, presentia bonorum hominum quorum

nomina inferius scripta sunt, Ugolinus qd. Ghethi et Ferrucius qd. Bonifredi per cartam, quam in suis detinebant manibus, investierunt Benedictum presb. et can. atque camerarium eccl. et canonice S. Martini, recipiente pro se et omnibus aliis canonicis, quod ipsi et eorum heredes ac proheredes dabunt per singulum annum in mense aug., tractum et paratum ad canonicam, Benedicto vel suis successoribus ac prosuccessoribus, de bono grano sicco et rationabiliter mundo, cum iusto star. Luc. venditorio, star. VIII de una petia de terra, per quam currit unus rivus, in qua Ugolinus et Ferrucius debent hedificare et facere unum molendinum; quę est in l. et fin. Masse Pisane u. d. ad Scopecium, non procul ab eccl. S. Marie de ipso l.; de qua ipse presb. Benedictus Ugolinum et Ferrucium hodie per tenimentum et perpetuam locationem investivit, sicut per capita et latera inventa et terminata est. Spoponderunt, si ita observatum non fuerit, aut si terram dereliquęri(n)t et si molendinum non feceri(n)t, quod componere haberent penam, arg. libr. X, insuper penam consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Item pactum et conventum fecerunt, si eis vel eorum heredibus aut proheredibus oportum fuerit vendere melioramentum, quod habebunt in suprascriptam terram, notificabunt Benedicto vel suis successoribus et si ipsi tantum dare eis voluerint, sine fraude, quantum ab aliis per veritatem habere potuerint et minus sol. X, ipsi facient eis de eo securitatem, in laude eorum iudicis et not.; et si ipsi id dare noluerint, vendant illud cui voluerint; et si aliquo casu dimiserint terram et molendinum, canonici debent habere hedificium molendini sine aliquo pretio dando et sine aliqua molestia, sub predictis penis; et canonici promiserunt dare commestionem rationabiliter, panem et caseum, uni persone, qui venerit cum suprascripto grano. In presentia: Gervasii qd. Rodolfi, Mellotti f. Andree, Albertini qd. Albertini. A. MCLXXVIII, XVI kal. apr., ind. XI. Supradicti homines ibi fuere. Petrus not. imp.

*Originale:* N. 9. *Cf. il reg. precedente.*

1390. *Lucca, 2 Agosto 1178.*

Breve ad futuram demonstrationem, qualiter in Luc. civ., in eccl. S. Pauli, in palatio episcopi, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius scripta inveniuntur, Rolandus prepositus eccl. et mon. S. Georgii, cum consilio et accordamento Rainerii et Gregorii confratrum suorum, per librum, quem in sua detinebat manu, secundum tenorem litterarum et mandatum pape Alexandri tertii, fecit refutationem et renuntiationem, in manu

Guilielmi Luc. electi et prioris Damiani et presb. Benedicti et presb. Mathei atque presb. Tigniosi et Bonelli diac. et magistri Hermanni et magistri Pandolfi atque Henrichi Tasche et Rolandi de Bacciana canonicorum S. Martini, de omne iure et actione et possessione vel quasi possessione, quod habebat vel habere videbatur de eccl. vel rebus eccl. S. Mathei, quę est sita in suprascripta civ., iuxta Fossam q. d. Natalis; ut canonici pro canonica in perpetuum habeant et ordinent prefatam eccl. iuxta voluntatem suam, ad honorem Dei et suprascripte eccl. et s. Martini; ea tamen conditione et eo tenore predictam fecit refutationem, quod si aliquando placuerit canonicis concedere iamdictam eccl. quocumque titulo eccl. S. Georgii et eius proposito, refutatio non noceat eccl. S. Georgii vel preposito ad tuendum se et defendendum contra quemlibet alium extraneum poscentem abbatem vel alium et de eccl. S. Mathei adversus eccl. S. Georgii vel eius prepositum agentem. Presentia: Petri et Studiati qd. Viviani Politi, Blanchi advocati eccl. S. Georgii. A. MCLXXVIII, IV non aug., ind. XI. Supradicti homines ibi fuere. Petrus not. imp.

*Originale:* M. 167. *Cf. il reg. seguente e i regesti nn. 1342, 1343, 1357.*

1391. *Lucca, 23 Agosto 1178.*

Breve memorie, qualiter in Luc. civ., presentia bonorum hominum quorum nomina inferius scripta inveniuntur, Ugo archipresb. eccl. et canonice S. Martini, communicato consilio fratrum suorum canonicorum, multis precibus et rogatu Guidonis causidici f. Strambi, tunc Luc. civ. consulis, et multis precibus et supplicationibus Rolandi, tunc prepositi eccl. et mon. S. Georgii, qui erat devotissimus eccl. S. Martini et canonicis eiusdem eccl., et multorum aliorum precibus, considerata etiam utilitate et honore suprascripte eccl. B. Martini et eccl. S. Mathei, quę est sita in suprascripta civ., prope Fossam q. d. Natalis, concessit et dedit predictam eccl. S. Mathei cum omnibus rebus ad eam pertinentibus predicto Rolando, pro sua eccl. recipienti; quatinus ipse Rolandus et eius successores in perpetuum habeant et detineant eccl. S. Mathei et res ad eam pertinentes, ad honorem Dei et officium ibi faciendum vel sacerdotem ibi inveniendum atque ordinandum et mutandum, si ei melius visum fuerit, sine contradictione alicuius, ad reddendum singulis annis in mense sept. censum sol. V den. Luc. monete predicte canonice, videlicet sacristis eiusdem eccl.; sic tamen, ut quandocumque sacerdos vel clericus in eccl. S. Mathei instituendus erit, Rolandus vel eius successor sacerdotem vel cl. inventum canonicis representabit et sacerdos vel cl. promittet obedientiam electo vel episcopo et ar-

chipresbitero obedientiam pro canonica et debitam reverentiam omnibus canonicis; et si quando placuerit canonicis, ibunt illuc ad sacerdotem vel cl. ibi ponendum; et quia Rolandus fidelis et devotus extiterat eccl. B. Martini et devotus amicus omnibus canonicis, et ut eius devotio circa eandem eccl. semper augeatur, et eius successores ipsius sequantur vestigia, archipresb., consilio et consensu confratrum canonicorum, promisit et investivit, ut de his v sol. receptis, Rolando pro amore et devotione sua et eccl. S. Georgii, singulis annis xii den. reddantur in perpetuum. Haec acta sunt coram Guilielmo Luc. electo, q. etiam consilium dedit et accordavit. In presentia: Petri et Studiati qd. Viviani Politi. A. mclxxviii, x kal. sept., ind. xi. Supradicti homines ibi fuere. Petrus not. imp.

*Originale:* M. 167. *Cf. il reg. precedente. Cf. anche Bertini, Mem. e Doc., IV, par. II, 141, n. CIX.*

1392. *Lucca, 9 Novembre 1178.*

Lis, q. vertebatur inter Villanum Pathi filium qd. Ogerii et Nordillium eccl. et canonice S. Martini Luc. episcopatus advocatum, delata coram Nicolao causidico atque Ardiccione qd. Toperti Luc. causarum consulibus treuguanis, infra Luc. civ., in eccl. S. Sensii residentibus, talis erat: Petebat Villanus a suprascripto advocato, pro canonica, a xxxvi annis omni anno sol. ii, computatis ibi viii sol., quos retinuit de ii annis; Nordilius negat. Item petebat Villanus omni anno manducare uni persone competenter, quando reddit pensionem duorum sol. et dehinc in antea non vult reddere nisi ii sol. per annum, licet reddidisset sol. iv per annum; Nordillius negat omnia. Et e converso petebat advocatus pro canonica a Villano omnes terras, quas ipse detinet a canonica, unde solitus est reddere omni anno sol. iv, quia dicebat, quod retinuit pensionem per tres annos continuos; Villanus negat et dicebat, quod non retinuit pensionem nisi per duos annos. Dicebat Nordillius, quod inter Villanum et eius antecessores reddiderunt sol. iv per annum per xl annos pro sua parte; Villanus confitetur de xl annis et plus. Uterque confitetur, quod de terra, q. in cartula continetur, non redditur nisi sol. iv inter Villanum et Ugolinum, set dicebat Nordillius, quod de alia terra, q. est in l. Masse Macinarie vel alio, redditur alios iv sol. inter Villanum et Ugolinum; Villanus negat hoc. Dicebat Nordillius, quod Villanus retinuit pensionem iv sol. per tres annos continuos; Villanus confitetur de duobus, set tres anni erunt in eo mense, q. continetur in cartula, et quod non retinuit eam per contumaciam, set quia vidit cartulam, in qua non contine-

batur nisi IV sol. inter se et Ugolinum et alias terras non detinent a canonica, ideo retinuit postea pensionem et vult omni anno reddere II sol. Litem prefati consules treguanorum diligenter congnitam, sacramento calumnie duplici hinc inde prestito, taliter Nicolaus, cum accordamento sui socii, partim per sententiam partim per laudamentum, quia sic fuit positum in eis, sic diffinivit, videlicet, per sententiam : condemnavit Villanum, ut deincepx omni anno in mense dec. tribuat canonice sol. IV et dehinc ad XV dies de retenta pensione solvat sol. VIII et Villanum a petitione terrarum adsolvit, et advocatum a petitione den. adsolvit ; et per laudamentum absolvit Villanum a petitione IV sol. unius anni, et insuper laudavit, ut canonica det manducare unum panem et vinum nuntio Villani, quando pensionem solvet. Presentia : Ruberti Natalie, Lanberti qd. Turchii atque Benedicti qd. Martini. A. MCLXXVIII, V id. nov., ind. XII. Has scripsit prudens Nicolaus iuris amator. Suprascripti homines ibi fuere. Albertus not. imp.

*Copia del sec. XIII, di* Bartholomeus Pauli de Boçano inperialis aule iudex et not.*:* O. 102. *Nel verso, da mano del sec. XIII-XIV:* Videtur agend(um) ypothecaria, ex clausula statuti.

1393. *26 Novembre 1178.*

« Rolamdinus condam Guillelmi et Baldinella eius uxor vendiderunt Porcello f. Singnorecti et Bonifatio condam Martini omnes illas terras, de quibus Rolamdinus et Vivianus de Paiano eis reddere consueverunt annuatim star. XVIIII vini musti et den. VI et dimidium, et unam aliam petiam terre, q. est in guercieto, de quibus eis reddere consueverunt star. XII vini musti annuatim. Manu Petri not. (A.) M°C°LXXVIII°, VI° kal. decenbr. ».

*Regestum B, c. 56 v.*

1394. *Lucca, 17 Dicembre 1178.*

A. MCLXXVIII, XVI kal. ian., ind. XII. Ego Pratorus qd. Burnecti per hanc cartulam pro anime męę et matris męę atque patris mei remedio offero tibi eccl. S. Iohannis et S. Pantaleonis et S. Reparate eiusque opere memetipsum et mea bona omnia cum omni iure et actione mea et maxime unam petiam de terra, q. est ortus cum casa et cum arboribus et vitibus super se, et cum omnibus stiviliis meis, que est in l. [et fin.] Prati S. Columbani ; que detinet : unum caput in t[erra ...] qd. Arpini cum tota fossa, alterum in terra [...] et Glotti gg. qd. Burnecti de Lama, latus unum det[inet in terr]a Henrigi qd. Manciorini, alterum in via pub[lica] ; et libr. IV den. Luc. monete, quas debet [michi]

dare Sessmondinus qd. Formardini, et sol. XLVIII, quos debet michi dare Martinus qd. [...]; et sol. XXVIII, quos debet michi [dare ...] qd. Bornecti; et sol. XXX, quos michi [debet dare Ma]lafronte qd. Bordelle; et sol. XIV, q[uos michi] debet dare Iohannes f. Lictori; et sol. VI, [quos michi de]bet dare Orlandinus, q. moratur in capanna [...] gg. qd. Burnecti de Lama; quatinus ab odie in antea [sint in proprietate] et dominio iamdicte eccl. [et] opere; tali ordine, quod dehinc ad XII annos proximos Bo[nifatius filius (?)] meus debeat habere victualia et indumenta de iamdi[cta petia (?) et (?) in] capite XII annorum debeat habere predictus Boni[fatius libr. XX]IV den. Luc. monete et lectum cum c[...] et soppedaneo vel scrineo infra LX dies post inquisiti[onem ...], quas XXIV libr. Guilielmus operarius predict[e eccl. dare (?) obligavit (?) se] suosque successores, sub pena dupli et consulum et treugua[norum ...] pagaturum Bonifatio; si vero Bonifatius [...] decedat ante terminum XII annorum, possim ego [... de XX]IV libr. disponere et iudicare usque ad [...] et reliqua omnia sint predicte opere. Offero, [ut], tam in vita quam et post obbitum meum, sit in pro[prietate eccl. et] opere et in potestate operarii et prioris, q. per tempora [ibi fuerint (?) et offi]cium Deo fecerit, eam habendi [et fruendi ad ...] operariorum tantum usum et utilitatem eccl. Pena dupli et insuper consulum et treuguanorum Luc. presentium et futturorum et [... li]br. arg. Act. Luce, in canonica S. Reparate. S. [m. Pratori]. S. m. Ugolini [...]ni et Alfredi qd. Stephani et Manfredi qd. [M]ar[tini (?) tt.]. Gerardus iudex et not. imp. (?).

*Originale:* P. 35.

1395. *Lucca, 18 Gennaio 1179.*

A. MCLXXIX, ind. XII, XV kal. febr. Ego F i n o c c h i u s qd. Carboncelli per hanc cartulam inter vivos dono et trado tibi Albertino qd. Corsi omnes casas et cassinas et terras cultas et incultas atque agrestes, quas habeo ex successione qd. patris mei, in l. Magiano et in eius fin., sicut sunt et per capita et per latera inveniri possunt; sic tamen, ut tu tuive heredes ab hinc in antea dominis suprascriptarum terrarum faciatis omnia servitia, et omnes solitas prestationes reddatis, quas ego facere et reddere deberem; et si tempore aliquo in guerram venero, quod absit, in suprascriptis casis et terris refugium atque receptaculum reservo, quod illic stare et habitare debeam, si mihi placuerit, donec ad pacem reddiero. Recepi meritum, anulum aureum. Pena dupli et arg. libr. III et sub pena consulum et treguanorum Luc. presentium et futurorum. Act. Luce, in classo Salaiolo, in domo eiusdem Rainerii not.[1] Finocchius hanc cartulam fieri rogavit. Ugui-

cione qd. Bernardi, Ugolinus qd. Menchi, Blancus qd. Villani q. huic contractui tt. interfuerunt manusque inposuerunt. Rainerius not. imp.

*Originale:* G. 180. *Nel verso, da mano del sec. XII:* Donatio Alberti de Magiano.

1 *Si riferisce alla corroboratio.*

1396. *Lucca, 18 Febbraio 1179.*

A. MCLXXIX, XII kal. mar., ind. XII. Nos Porcellus et Arigucius [gg. ff. qd.] Ingannelli[1] et Bonafilia mater eorum, relicta qd. [Inganne]lli, consentiente mihi Bonafilie predictis ff. [et mund]ualdis meis, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi [Go]ttifredo qd. Moconis omnem actionem, loca[tionem, teni]mentum, melioramentum et usum atque omne ius, quod nobis pertinet de una petia de terra, q. est campus, in l. Flexo [u.] d. Classo Rodolfi, unde redditur omni anno eccl. S. Martini III (?) star. de grano bono, et tenet: unum caput in via publica, aliud in terra et media fossa, quam detinet Bottacius, latus [unum] in terra tua, aliud in terra Belenati, quam [tenet (?)] a S. Martino. [Vendimus et] tradimus pro XXXVI sol. Luc. den. Pena dupli et LXXIII sol. Luc. den. et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futturorum. Act. Luce. [S.] m. gg. et Bonefilie, Porcellus et Arrigus matri consenserunt. [Uterque] germanus (?) iuravit ad sancta Domini evangelia, toto tempore sue vite firmam [habere] comperam et non revocare per se vel alium aliquo modo. [S. m.] Caromi qd. Iolli, Peldiricci qd. Iohannis, Caromi qd. Pasci tt. Appollonius not. imp.

*Originale:* E. 47; *Regestum B, c. 50 v.* *Nel verso della carta, da mano del sec. XIII:* III star. grani. *Cf. il reg. seguente.*

1 *Il Reg. B:* Gothefredus qd. Moconis reddere tenetur annuatim Luc. capitulo star. tria grani de una petia terre *etc.*, quam emit a Porcello et Arriguccio gg. qd. Ingannelli et Bona eorum matre.

1397. *(18 Febbraio ?) 1179.*

« Venditio Porcelli et Arriguccii gg. qd. Inganelli qd. Butraci[1] Gottifredo Moconis de melioramento suo de una petia de terra, quam detinebat a S. Martino pro tribus star. grani; que est in Fiesso u. d. Classo Rodolfi; que tenet: caput in via publica, alterum in terra, quam detinet Butracius, unde reddebat III star. grani,[2] latus in terra predicti Gottifredi, alterum in terra S. Martini, quam detinebat Belenatus.[3] A. Domini MCLXXVIIII° ».[4]

*Regestum A, c. 34 v.* *Cf. il reg. precedente.*

1 qd. Butraci *fu aggiunto nell' interlineo da mano coeva.* 2 grani *come alla nota 1.* 3 *Sopra* Belenatus, *nell' interlineo, da mano coeva:* pro quo Philippus calthorarius 4 *Mano coeva aggiunse:* Has terras tenet modo Philippus calthorarius pro VI star. grani.

1398. *27 Marzo 1179.*

« Compera de medietate predicte terre[1] canonice S. Martini a predicto Leone, tunc Clusino ep., pro libr. XXVII, et superfluum et quidquid ultra valebat, donavit predictus Leo canonice S. Martini. A. Domini MCLXXVIIII ».

*Regestum A, c. 29 v e c. 42; Regestum B, c. 30. Bertini, Mem. e Doc. IV, par. II, append. 142, n. CX.*

[1] *Cf. il reg. n. 1376, cui si riferisce. Il Reg. B ha :* Dominus Leo Clusen. ep. vendidit Luc. capitulo medietatem suprascripte terre, empte a dicto Henrico et aliis *(cf. il reg. n. 1376)*, ut continetur, de venditione dicti ep., manu Bonifilii Luc. (A.) MCLXXVIIII, VI kal. apr.

1399. *Lucca, 13 Aprile 1179.*

Breve recordationis, qualiter infra Luc. civ., intus eccl. S. Sentii, bonorum hominum presenti[a] quorum nomina supter leguntur, Nordillius advocatus eccl. et canonice S. Martini litigando, ab una parte, et Bo[l]drone de Verciano litigando, ab altera, ad invicem inter (se) investitionem dederunt et Nordillius obligavit se ipsum et eccl. eiusque successores et Boldrone obligavit se et suos heredes, quod omni tempore firmum et ratum habebunt per omnia quicquid Iacobus de Sogrominio iudex imp., Alfanus qd. Rubertini Rossi atque Bornectus Luc. causarum consules treuguani inter eos per laudamentum dicerent de lite et discordia infra posita, q. inter eos vertebatur, sub pena eorumdem treuguanorum et eorum successorum et c sol. den. Luc. monete. Lis talis erat : Petebat Nordillius a Boldrone, pro eccl. et canonica, novem star. de grano et novem de fabis et octo de panico, de afficto retro retento. Boldrone confitebatur dare, veruntamen petebat ab eodem advocato, pro eccl., sol. XVIII, quia errans indebite se solvisse dicebat ; item petebat sol. X, quos recepit a debitore suo ut indebitos ; item petebat sex conmestiones, quactuor habendo panem et caseum duobus hominibus, duos panes per hominem, et duas conmestiones de carne vaccina et porcina et castaneas vel nuces quattuor hominibus per manducare. Nordillius negabat ei aliquid dare, sed tamen confitebatur, quando fert affictum, dare omni anno manducare duobus hominibus tres panes et caseum et quando fert decimas, dare manducare duobus hominibus quattuor panes et carnem in duobus modis, et negabat dare conmestiones de afficto retento. Litem legitime ventilatam, visis et diligenter intellectis utriusque partis rationibus, treuguani sic per laudamentum diffinierunt, Iacobo dicente : Ego Iacobus iudex, litis congnitor, cum consilio et accordamento sociorum meorum, Boldronem, ut dehinc ad proximas iun. kal. solvat suprascripto advocato pro ecl. totam suprascriptam blavam condempno;

advocatum condempno, ut dehinc ad eundem terminum tribuat Boldroni IV conmestiones in hunc modum: pro afficto III panes et caseum duobus hominibus, et sub nomine decimationis tribuat duobus hominibus panem et carnem, et ab omnibus aliis petitionibus Boldronis advocatum absolvo.[1] Presentia: Rolandi qd. Guarmignani et Urbicciani iudicum et Bonamici Tabernarii. A. MCLXXIX, idibus apr., ind. XII. Iacobus iudex imp. et Luc. causarum consul et treguanus ss.[2] Suprascripti homines interfuerunt. Turchius not. imp. scriba suprascriptorum treuguanorum.

*Originale:* O. 152; *Regestum A, c. 24.*

[1] *Il Reg. A:* Sententia inter Boldronem de Verciano (et canonicam S. Martini) de decima predicte terre *(cf. il reg. n. 1013)* et de afficto predicte terre, per quam sententiatum est, ut quando predictus Boldrone defert affictum unius predicte cultre, debet habere tres panes et caseum duobus hominibus; quando vero defert decimam de alia cultra, debent habere commestionem duo homines panem et carnes. [2] *Le parole* Iacobus iudex *furono scritte da* Turchius *e le altre* imp. et Luc. causarum consul et treguanus ss. *da* Iacobus.

1400. *Lucca, 23 Giugno 1179.*

Breve recordationis, qualiter infra Luc. civ., intus eccl. S. Sentii, bonorum (hominum) presentia quorum nomina supter leguntur, Nordillius advocatus eccl. et canonicę S. Martini, pro ipsa eccl., ab una parte, litigans et Guido qd. Riccii, pro se et fratre suo, et Guidone f. Uberti et Ugolino Ciciamontonis et Tignoso Cassese pro eorum uxoribus[1] litigando, ab altera, ad invicem inter se investitionem dederunt et suprascriptus advocatus obbligavit eccl. et se ipsum eiusque successores et Guido Riccii obligavit se et suos heredes et suprascriptos eius consortes eorumque heredes, sub penis Luc. consulum et treuguanorum presentium et futurorum et CD sol. den. Luc. monete, quod omni tempore firmum et ratum habebunt quicquid Iacobus de Sogrominio iudex imp., Alfanus qd. Rubertini Rossi atque Brunus, q. de Balso v., Luc. causarum consules treuguani inter eos per sententiam dicerent de lite et discordia infra posita, q. inter eos vertebatur. Lis talis erat: Petebat Nordillius a Guidone, pro se et prefatis hominibus respondente, ut restituat sibi possessionem unius petię de terra cum casa super (se), q. est in l. Massa Macinaria, quam detinebat Guictone[2] a suprascripta eccl., ad reddendum omni anno de ipsa terra et aliis terris II libr. de oleo, quarra minus, et II star. et medium de vino et unam medalliam de pascioratico et quartam vel tertiam partem unius gallinę. Guido negabat eam restituere et negabat Guictonem ab eccl. detinuisse et redditum de ea fecisse, sed confitebatur, quod faciebat redditum de aliis terris et uterque confitebatur, quod suprascripta terra

cum casa est proprietas S. Martini et quod, mortuo Guictone, Guido Riccii et consortes ammasiaverunt alium Guictonem in medietate suprascripte domus et habuerunt inde servitium sol. xx, et iuravit eis fidelitatem, et quod, mortuo filio Guictonis Bectori, allocaverunt in ea Aprilem, et dicebat Guido, quod ipse et eius consortes habent suprascriptam terram et alias per tenimentum vel per libellum a suprascripta eccl., reddendo annuatim sol. xvi et medium; Nordillius negabat eos tenere terram per tenimentum vel per libellum, sed confitebatur, quod habent alias terras, unde predictum redditum faciunt. Item dicebat Guido Riccii, quod Guido qd. Rolandi allocavit Guilielmum de Pintho de monte in predicta terra et ipse et eius consortes suique antecessores habuerunt et tenuerunt predictum Guictonem et Bectorum eius patrem et suprascriptum Guilielmum, residentes in suprascripta domo, per eorum manentes, et quod habitatores suprascripte domus sunt defensi a placito filiorum Soffredi per eorum homines. Nordillius negabat. Litem, legitime ventilatam, visis et diligenter intellectis utriusque partis rationibus, suprascripti treuguani[3] taliter per sententiam diffinierunt, Iacobo dicente: In nom. Domini, amen. Ego Iacobus iudex, litis congnitor, cum consilio et accordamento sociorum meorum, Guidonem Riccii pro se et fratre et predictis Guidone Uberti, Ugolino et Tignoso pro eorum uxoribus, ut dehinc ad proximas aug. kal. restituat suprascripto advocato pro eccl. possessionem suprascripte petię de terra cum casa[4] condempno. Presentia: Urbicciani iudicis, Gottifredi not., Gherardini qd. Morectini de Marlia, Bonaccursi qd. Peconis, Tenpagnini qd. Sifredi et Guinithi de Aquilata. A. MCLXXIX, IX kal. iul., ind. XII. Iacobus iudex in hac sententia prolata a me ss. Suprascripti homines interfuerunt. Turchius not. imp. scriba suprascriptorum treuguanorum.

*Originale:* O. 65; *Regestum* A, *c. 49. Nel verso della carta, da mano del sec. XIII-XIV:* Hanc habet et tenet Orsicus, quam emit a capitulo.

[1] *Il Reg. A:* que fuerunt de domo Ricci [2] *Il Reg. A aggiunge:* de quo Ursicus et frater [3] treguani *è scritto su rasura.* [4] cum casa *è scritto nell'interlineo.*

1401. *S. Gennaro (Lucca), 7 Agosto 1179.*

A. MCLXXIX, ind. XII, VII id. aug. Nos Monacus et Guntardus Gregorii qd. Guisliccioni per hanc cartulam vendimus et tradimus vobis Marcho et Meliorecto et Iohanni et Dominico qd. Singnorecti omnes terras cultas et incultas, quas a nobis detinetis in confinibus S. Ianuarii u. d. Morteto, unde soliti sitis reddere nobis den. III nomine pensionis. Hanc omnes terras cum omni iure et actione vendimus et tradimus. Recepimus pretium

Luc. den. sol. VIII. Pena dupli et sub penis curie de Porcari. Act. in l. S. Ianuarii. Et iusserunt eis ingredi possessionem suprascripte terre. Guntardus et Monacus hanc cartulam fieri rogaverunt. Testes: Thanpus qd. Petri, Benevieni qd. Stephani et Rinbaldus f. Cipriani tt. Rubertus not. imp.

*Originale:* L. 52.

1402. *Lucca, 11 Agosto 1179.*

Breve memorie, qualiter in Luc civ., prope eccl. S. Martini, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius scripta inveniuntur, Romeus diac. et can. eccl. S. Martini, humanum statum fragilitatis suę vite precogitans, pro remedio ac salute sue animę, quasdam res iudicavit et ordinavit atque disposuit, dicens ita: Ego Romeus diac. qd. Gottefredi f. volo et iudico atque inrevocabiliter ordino camere vestimentorum iamdicte canonice duas petias de terris in l. et fin. Tassignani[1] u. d. Caffagium, prope ortum S. Stephani de ipso l., sicut per capita et latera et mensura invente fuerint. Quod si quis ratum et firmum tenere noluerit, volo, ut sit compositurus suprascripte camere penam, arg. libr. L; insuper penam consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Presentia: Guerci qd. * *, Atholini qd. Guittighini, Vescovelli qd. Viviani, Bonfilii qd. Segnorecti, Mellioretti qd. Nigri. A. MCLXXIX, III id. aug., ind. XII. Supradicti homines ibi fuere. Petrus not. imp.

*Originale:* D. 12.

1 *Corretto da* Tassignano

1403. *Pescia, 2 Settembre 1179.*

A. MCLXXIX, IV non. sept., ind. XIII. Nos Rainulfus qd. Rainerii et Tramontana uxor eius et filia qd. Sechi, michi Tramontane consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Zocoli iudicis, a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Rustichello f. Rodolfini petiam unam de terra, q. est in l. u. d. in Forcole, quam tu tenes a nobis, reddendo nobis omni anno star. II de grano, ad star. currens de Piscia; que tenet: ambo capita in terra filiorum qd. Frasconis, latus unum in terra Petri qd. Obertelli, alterum in terra eccl. S. Andree de castro Barellia. Recepimus pretium, libr. IV et sol. VI den. Luc. Pena dupli et arg. libr. II, et omnia hec sub pena Luc. consulum et tregguanorum presentium vel futurorum et sub pena potestatis, que pro tempore Piscie dominabitur. Act. Piscie Maiori, in burgo castri de Barellia. Iu-

gales hanc cartulam fieri rogaverunt, Rainulfus uxori sue consensit. Zoculus iudex ordinarius imp. interfui et auctoritatem prestiti, ideoque ss. Staffa qd. Albertini et Algalianus qd. Ugonis et Ricius qd. Girardini et Fisalonus qd. Petretti tt. interfuerunt. Aldricus not. imp.

*Originale:* M. 90.

1404. *Canonica di S. Martino (Lucca), 16 Settembre 1179.*

A. MCLXXIX, XVI kal. oct., ind. XIII. Ego Ildebrandinus qd. Malagalliȩ, quia pro illa petia de terra liberam, quam pater meus ab eccl. S. Martini Luc. episcopatus detinebat, ad reddendum predicte eccl. omni anno in heredes et proheredes pensionem den. xxx, et eam ex concessione capituli eiusdem eccl. atque canonice Nontigiovi qd. Maconieri pro sua utilitate atque melioramento vendidit, per hanc cartulam, restaurationis nomine, in permutationem seu deganium do et trado tibi Matheo sacerdoti et can. atque camerario, ab eodem capitulo constituto, ad partem eccl., unam petiam de terra, q. est ortus, in l. Sorbani, qui d. Lei Iudicis,[1] de qua michi meisque heredibus ac proheredibus tenimentum iam nominate terre in perpetuum reservo, et de eius proprietate tibi tuisque successoribus ac prosuccessoribus et capitulo, ad partem eccl., ego pro me et pro meis heredibus ac proheredibus pensionem den. xxx Luc. monete tantum in mense aug. reddere promitto; que tenet: unum caput cum uno latere in viis publicis, aliud caput cum altero latere in terra et fossa hospitalis S. Martini. Me, meos heredes auctores et defensores fieri promittimus, sub pena dupli et insuper penam x libr. Luc. den. et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et alterius potesta[tis], si qua Luce prefuerit. Act. in suprascripta canonica. Ildebrandinus hanc cartulam fieri rogavit. [P]aganus qd. Guidi, Morectinus f. Ugolini, Gervasius qd. Rodulfi tt. interfuerunt manusque imposueru[nt]. Guilielmus not. imp.

*Originale:* E. 112; *Regestum A, c. 28 v. Nel verso della carta, da mano del sec. XIII:* De curia *(?)* S. Martini den. xxx; *e sotto, della stessa mano:* habet solvere a(nnuatim ?) xxxIIII; *poi sotto ancora, da mano del sec. XIII-XIV:* Eccl. S. Martini. *In altra parte del verso, da mano del sec. XIII:* De hac terra modo xv den. debemus recipere a Genovese et fratre, quia medietatem vendidimus *(?)* [...].

[1] *Il Reg. A:* Commutatio canonice nostre de predicto ortulo nostro de S. Columbano *(cf. il reg. n. 953)* cum predicto Ildebrandino Malagallie; pro quo ortulo dedit nobis terram in Sorbano Lei Iudicis *etc.*

1405. *Lucca, 20 Settembre 1179.*

Iacobus iudex imp. et Alfanus qd. Uberti Rossi et Brunus de Baltho Luc. causarum consules treuguani, infra Luc. civ.,

in eccl. S. Sentii de Podio residentes, investierunt Partem missum eorum, quatinus per eorum parabolam et ex illorum parte et ex publica Luc. civ. auctoritate corporaliter mitteret in tenere et in possessionem Ubertellum advocatum eccl.[1] S. Petri Maioris pro ipsa eccl. in unam petiam de terra, q. est campus, prope pontem de Verciano, quam predictus advocatus petebat a Nordilo[2] advocato canonicę S. Martini Luc. episcopatus, pro ipsa canonica, et Nordilus, post causam ceptam et sacramentum calupnię factum, malitiose a causa cessavit, causa nondum existente liquida; que tenet: unum caput in via publica, aliud in terra S. Martini, que fuit qd. Henrici iudicis, latus unum in terra S. Martini, que fuit Malpeli et fratris, alterum in terra S. Petri, quam detinent filii qd. Bertolocti et Scorota eorum mater; que est per mensuram star. XV; tali lege et conventu atque tenore, ut deinceps eccl. S. Petri commodo possessoris fungatur et canonica S. Martini honere petitoris gravetur, quoniam agebat in rem; set cum Nordilus venerit ad purgandum predictam suam malitiam, primo reddat quod pro hac investitione datum est, scilicet: sol. X pro dato civ., den. XII de breve isto et den. X de duabus equitaturis et den. V de missis, eccl. S. Petri semper deinceps habente et lucrante omnes fructus de suprascripta terra pro rata temporis, nisi quantum consules tr(e)uguani de placito cognoverint possessionem fraudulenter fore petitam in totum vel in partem a iamdicto Ubertello; tunc nichil de eo in quo fraudem admisit nec infra annum nec post annum reddi faciant, et fructus eo modo perceptos cogant restituere, et salva ratione omnium aliarum personarum. Presentia: Gerardini de Marlia, Sychiroli de S. Angelo in Campo, Corsi qd. Alberti. A. MCLXXIX, XII kal. oct., ind. XIII. Partis venit ad predictam terram et Ubertellum corporaliter in tenere et in possessionem misit. Iacobus iudex imp. ss. Otto not. imp. utrobique fui.[3]

*Copia del sec. XII, di* Guilielmus not. imp.*:* O. 168*; Regestum A, c. 29 v.*

1 eccl. *è nell' interlineo.* 2 *Corretto da* Nordilio 3 *Il Reg. A:* Modo vero recolligimus de hac terra XX star. grani et XX milii a Ventura de ponte Verciani; et ammisimus de predicta terra ab eccl. S. Petri, Maioris *(segue* unam quarram *cancellato)* in placito star. XV; ut apparet in tenuta facta contra nos pro eccl. S. Petri per Iacobum iudicem et Alfanum et Brunum Del Baltho *etc.*

1406. *18 Ottobre 1179.*

« Gerardinus condam Uberti et Adveduta eius uxor vendiderunt Luc. capitulo unam petiam terre, q. est campus, in confinibụs Pelicastri; de qua idem Gerardinus reddere tenetur et promisit annuatim eidem capitulo star. II grani. Manu Guilelmi not. (A.) M°C°LXXVIIII°, XV kal. novenbr. ».

*Regestum B, c. 56 v.*

1407. *Lucca, 3 Novembre 1179.*

Breve memorie, qualiter in Luc. civ., prope eccl. S. Petri de Cortina, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius scripta sunt, Grillo de Tempagniano qd. Martini et Tempagnianus eius f. confessi fuerunt se bene esse soluti a Gerardino, prenominato Barborabella, qd. Soffredi sol. xxx den. Luc. pro xiv asinatas de vino musto, quas Gerardinus emit ab eis, tali pacto et lege atque tenore, quod predicti pater et filius vel eorum heredes in proxima vindemia debent dare et solvere Gerardin[o vel] suis heredibus viii asinatas de bono vino musto puro, cum iusto star. Luc. venditorio, ad palmentum in l. Tempagniano, et deinde ad aliam proximam vindemiam unum carrum de bono vino musto, cum suprascripto star., ibidem ad palmentum; et si tunc vinum non fuerit, quod possit solvere et dare, sicut dictum est, quod debet recuperare in alia proxima vindemia ad voluntatem Gerardini. Hec Grillus et Tempagnianus, sibi consentiente patre suo, observare promiserunt, et ita se suosque heredes et omnia bona sua iure pignoris obligaverunt, sub pena dupli et consulum et treguanorum presentium et futurorum vel alterius potestatis, quȩ Lucam distringeret. Preterea Grillus ad s. Domini evangelia iuravit hec omnia observare, et observabit totum alium conventum, quod habuerunt insimul pro alio facto, ad voluntatem Gerardini vel sui heredis. In presentia: Ginghi qd. Martini, Frangi qd. Bambacelli. A. mclxxix, iii non. nov., ind. [xiii]. Petrus not. imp.

*Originale:* P. 151.

1408. *Capannori (Lucca), 5 Novembre 1179.*

A. mclxxix, non. nov., ind. xiii. Nos Blancus qd. Gerardini et Bornectus f. eius, mihi Bornecto consentiente patre meo, per hanc cartulam pro animarum nostrarum remedio offerrimus tibi ȩccl. et mon. B. Petri de Potheulo unam petiam de terra, q. est campus cum arboribus, in l. Capannule u. d. in Vangaticcio; que tenet: unum caput in terra Guilielmi qd. Pandulfi, alterum in terra Bonosti, latus unum in terra Benenati, alterum in terra suprascripti Bonosti. Offerrimus, ut a presenti die, tam in vita nostra quam et post obitum nostrum, sit in proprietate ȩccl. et mon. et potestate presbiterorum et clericorum, q. per tempora in ȩccl. et mon. fuerint ordinati et in ea officium Dei fecerint, eam habendi ad utilitatem ȩccl., ea tamen conditione, quod nos et nostri heredes debeamus eam retinere ad nostras manus et laborare, reddendo annuatim in perpetuum ȩccl. et mon. in mense sept. star. i de grano. Si ullo tempore prefata eccl. in aliquod dampnum vel menimantiam de predicta blava venerit, volumus, ut habeat re-

gressum super aliis nostris bonis. Pena dupli et sol. c Luc. den. Act. in l. Capannule, in canonica eccl. S. Quirici. Predicti pater et f. hanc cartulam fieri rogaverunt, Blancus f. suo consensit. Testes: Africante et Gotemannus gg. qd. Martini, Ubertus qd. Sagine, Bandinus qd. Baldiccionis, q. presentes interfuere. Deolofecius imp. not.

*Originale:* R. 39.

1409. *Pescia, 1 Dicembre 1179.*

Breve des(c)riptus causa memorie, qualiter in l. Pisscia, in castro de Barellia, intus domo et curte Quintavallis qd. Rainucci, bonorum hominum presentia nomina quorum supter apparebunt, predictus Quintavalle et Rainuccius et Federigus gg. ff. eius et Blanchennera uxor Quintavallis et filia qd. Sofreducci, ei(s)dem gg. consentiente patre, eidem Blanchenere consentiente viro suo, ubi interfuit notitia Thocculi iudicis imp., a quo interrogata fuit, per fusstem, quem in suas manibus detinebant, investierunt Herighettum et Benemcasam gg. qd. Singnorecti, et ipsi receperunt investitionem pro se et Cianforninum fratrem eorum, de omnibus casis et cassinis et casalinis, terris cultis et incultis atque agrestis, que esse videntur in l. Piscia, in villo[1] de Giulliano vel in aliis locis, quas qd. suprascriptus Singnorectus pater eorum ab eis habuit et detinuit, quatenus predicti gg. Herighettus et Benemcasa et Cianforninus eorumque heredes et proheredes habeant et detineant eas per tenimentum et perpetuam locationem, reddendo annuatim prefatis iugalibus et eorum heredes et proheredes per totum mense madii den. v sol. et ii den. Luc. monete et nikil aliud.[2] Promiserunt, quod non tollent eis casas et terras et res vel aliquid superinponerent; et si ipsi vel aliquis eorum vel alicuius her(edes) vel proheredes in predictis casis et terris vel in aliqua parte earum habitaverint, nullam litem vel molestiam eis facient, neque eos vel heredes sive filios vel filias vel eorum progeniem causabunt vel constringent per manentes vel colonos vel per erriginarios sive as(c)ripticies vel pro aliqua temporis prescriptione. Taliter observare promiserunt et esse octores et defensores ab omni homine, sup pena libr. l den. Luc. monete, sub pena consulum et treguanorum Luc. presentium et futurorum vel alterius Luc. potestatis et consulum et potestatis de Piscia. Herighettus et Benemcasa per se et Cianforninum fratrem eorum promiserunt, quod reddent suprascriptam pensionem. Presentia: Corsi qd. suprascripti Sofreducci et Iacobi qd. Rothi et Sabatini qd. Ubertelli et Frontis qd. Belloncí tt. interfuerunt. A. mclxxx, kal. dec., ind. xiii. Quintavalle gg. ff. suis et coniugi sue consensit.

Zoculus iudex ordinarius imp. interfui et auctoritatem prestiti ideoque ss. Toscius not. sacri pal.

*Originale:* M. 143.

1 *Così l'orig. per* villa 2 et nikil aliud *è nell' interlineo.*

1410. *1179.*

« Compera eiusdem archipresbiteri[1] de media cultra terre, iuxta predictam terram,[1] a Petro presb. de Sorbano; que tenet: c(apita?) et l(atera?) ut predicta terra, quam comparavit ab Arrigone et filio eius; et ipse presb. de Sorbano emerat eam a predicto Arrigone. A. Domini MCLXXVIIII.[2] Petrus not. ».[3]

*Regestum A, c. 28.*

1 *Cf. il reg. n. 1379, cui si riferisce.* 2 *Il ms. aggiunge:* Hanc obtulit postea predictus archipresb. B. Martino. 3 Petrus not. *fu aggiunto dopo e, pare, dalla stessa mano.*

1411. *Monastero di S. Ponziano (Lucca), 12 Gennaio 1180.*

A. MCLXXX, prid. id. ian., ind. XIII. Nos Martinus, prenominatus Culletus, et f. qd. Signorelli et Massaria iugalis et filia qd. Malettori, michi Massarie consentiente marito meo, ubi interfuit notitia Urbiciani iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Beritho presb. ęccl. S. Michaelis de l. Miata, ad partem et proprietatem ipsius ęccl., unam petiam de terra, q. est campus, in l. et fin. Miata in l. u. d. Volmiano; quę tenet: unum caput in via vicinalis seu semitula, alterum, cum fossa infra se, in terra Lanfranchini de Flexo et nepotum, latus unum in terra et media fossa Tinniosi Bonardini, reliquum latus in terra eiusdem ęccl. et in terra et media fossa, quam homines de Colle laborant. Hanc petiam, q. est campus cum arboribus, cum omni iure et actione nobis competente, tibi vendimus et tradimus. Recepimus pretium, libr. IX den. Luc. monete. Pena dupli et arg. libr. V et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. Act. foris muros Luc. civ., in ęccl. et mon. S. Pontiani. S. m. iugalium, Martinus uxori suę consensit. Insuper iugales presb. Beritho convenerunt et promiserunt et se suosque heredes obligaverunt dare sibi suprascriptam terram per alodium liberam et disbrigatam ab omni homine et pro dampno emendando et evictione, si accideret, pignoris nomine, Martinus obligavit eidem omnia sua bona. Urbicianus iudex imp. interfui et ss. S. m. Guidi qd. Ugolini, Saracini qd. Bernardini, Ughi qd. Malpilii, Ugolini qd. Rustichi et Bruchi qd. Martini Ursichi tt. Urbicianus iudex et not. imp.

*Originale:* L. 94.

1412. *Ospedale di S. Bartolomeo (Lucca), 15 Marzo 1180.*

A. MCLXXX, idu mar., ind. XIII. Nos Malagalia qd. Ottonis et Lieta eius uxor et filia Baronciuchi, consentiente mihi viro meo, interveniente mihi notitia Leppi g. mei et Laboratoris qd. Romanelli propinquiorum meorum, a quibus interrogata (sum) secundum regis aedictum, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Plebanello qd. Cecii unam petiam de terra, q. campus est, cum arboribus super se in l. Greppo, et tenet: caput in via publica, alterum in terra Advocatorum, sicut termini sunt, latus in terra filię Bucianchę, sicut termini sunt, alterum in terra, quam ego Malagalia detineo a filio Clerici. Hanc petiam, q. est cum pert. mensurata star. IX, vel si plus est, tibi vendimus et tradimus. Pretium accepimus IX libr. Luc. den. Pena dupli et arg. libr. X, in pena consulum et treuguanorum et potestatis Luc. presentium et futurorum. Act. in hospitale S. Bartholomei de Moio. S. m. iugalium, Malagalia uxori suę consensit et Leppus et Laborator interfuerunt. S. m. Cioffi qd. Rustici, Rolandini f. suprascriptorum iugalium tt. Ugo not. imp.

*Originale:* T. 132. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Ugo: Prefatus Rolandinus pro se et pro patre, per eius parabolam, et super sua et illius anima iuravit per Domini evvangelia ita: Suprascripta terra nostrum est alodium, nec est alienata vel obligata ulli personę vel loco, quod tibi Plebanello vel tuis heredibus damnum sit, et tempore vite nostrę omni anno, in mense sept. vel antea reddemus vobis de suprascripta terra, Lucę ad casam habitationis vestrę, VI star. de grano bono, iusto star. Luc.; et si sic non observaverimus, de[in]de non litigabimus vos de suprascripta terra ullo modo. Ut dictum est, verum est et sic observabimus nobis scientibus, si Deus nos adiuvet et illa sancta Dei [ev]vangelia, super quibus ego, pro me et pro patre meo, manum posui. Suprascripti tt. et datale.

1413. *(Monastero di Pontetetto? Lucca), 27 Marzo 1180.*

A. MCLXXX, VI kal. apr., ind. XIII. Nos Villanus qd. Bellomi et Bona [eius] uxor et filia qd. Gerardi, mihi Bone consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Rolandi iudicis qd. Guamignani imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vend[imus] et [trad]imus tibi Cecilie, abbatisse eccl. et mon. S. Marie de Pontetecto, recipiente pro te Morone priore eccl. S. Pantaleonis, unam petiam de terra, q. est olivetum, in l. et fin. Masse Pisane [u.] d. ad Clavellum, in capella S. Marie Lei Iudicis; quę tenet: unum caput in via pu[blic]a, alterum in monte regis, ambo latera in terra Tederelli qd. [Fredicio]nis. H[anc] petiam, una cum omni iure et proprietate nobis pertinente, tibi, ad partem suprascripte ec[cl.], vendimus et tradimus. Recepimus pretium a te Cecilia, libr. IV et sol. *(?)* X den. [Luc.] monete de mobilia Ubaldi Hostiensis ep. et cardinalis. Pena dupli et sub pena

consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potest[ati]s, quę Lucam distringeret. [Act. ... mona]sterii u. d. ad Catrum. S. m. iugalium, Villanus uxori sue consensit. Preterea sciendum est quod predictus Ubaldus Hostiensis ep. emit suprascriptam terram pro remedio animę Navilie matris sue; tali modo, ut omni die et nocte in perpetuo debeat ardere unam lampadam in suprascripta eccl., et ut predicta terra aliquo modo non possit vendere nec alienare et de predicta terra debeant habere annuatim libr. III de bono oleo, cum iusta libr. currente de Luca. Rolandus iudex sacri pal. ad hec interfui et ss. S. m. Brunicardi qd. Lamberti, Henrichi qd. Pilosi tt. Petrus not. imp.

*Originale:* N. 11. *Nel verso, da mano del sec. XV:* Dell'oglio che rende lo prete di S. Maria de Judici *(?)*. *Cf. il reg. seguente.*

1414. *Pontetetto (Lucca), 28 Marzo 1180.*

Breve ad futuram demonstrationem, qualiter extra Luc. civ., iuxta eccl. S. Marie de Pontetecto, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius scripta inveniuntur, Martinus qd. Ildebrandi, pro se et Ugolino g. suo, per cartam, qu[am] in sua detinebat manu, investivit Ceciliam abbatissam suprascripte[1] eccl. et mo[n.] S. Marie, quod ipsi et sui heredes ac proheredes dabunt per singulum annum in mense ian., tractum et paratum [ad] mon., de bono oleo puro libr. III, cum iusta libr. currente de Luca, de una petia de terra, q. est olivetum in l. et fin. Masse Pisane u. d. ad Clavellum, in capella S. Marie Lei Iudicis; de qua ipsa Cecilia eundem Martinum pro se et Ugolino hodie per tenimentum et perpetuam locationem investivit; et tenet: unum caput in via publica, alterum in monte regis, ambo latera in terra Tederelli qd. Fredicionis. Spopondit Cecilie, si eis sicut [dictum est] observatum non fuerit, aut si terram dereliquerint, quod componere habent ipsi vel heredes ac proheredes penam, arg. libr. X, insuper penam consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Cecilia convenit et se suosque successores ac prosuccessatrices[2] obligavit dare omni anno nuntio, q. representaverit oleum, commestionem rationabiliter de illo ferculo, quod tunc preparatum fuerit pro familia. In presentia: [...] qd. Ciuffetti, Ubertelli qd. Anselmini. A. MCLXXX, V kal. apr., ind. XIII. Supradicti homines ibi fuere. Petrus not. imp.

*Originale:* N. 13. *Cf. il reg. precedente.*

[1] suprascripte *è nell' interlineo.* [2] *Così l'originale.*

1415. *Lucca, 1 Maggio 1180.*

Breve ad futuram demonstrationem, qualiter infra Luc. civ., intus claustrum S. Martini, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius scripta sunt, magister Baldicione presb. et can. suprascripte eccl. S. Martini infirmus erat, set sanam mentem habens, recteque loquens, res suas ordinavit et iudicavit atque disposuit, dicens: Volo et iudico atque dispono camere vestimentorum suprascripte canonice terras de l. Tempagniano u. d. Sanctus Prosperius, unde omni anno reddit mihi Quintavalle eiusdem loci triginta duo star. de grano; et terram de ipso l. Tempagniano u. d. ad Poplum Longum, quam vendidit Nicolaus, unde omni anno reddit mihi Ioseph star. xxiv de grano; et terram quam fuit Saullis, quam tenet Guilielmus de Coiaria, unde reddit mihi omni anno sol. x; et terram de Fibialla, unde omni anno recolligo unum carrum de vino claro; et mediam bibliothecam, quam emi libr. xx; et libr. viii pro emendo uno calice; et apparatum sacerdotale, preter stolam et manipulum; et crucem argenteam, quam emi ab eccl. S. Pantaleonis libr. xvi. Item volo et iudico atque dispono ad cameram ciborum suprascripte canonice molendinum, quod est in l. Scopeccio; et omnes terras, quas habeo in l. Pomaio, unde omni anno Ildebrandinus eiusdem loci reddit mihi quadraginta quattuor star. de grano; et terras, quas habeo in l. Ciliano, unde Fridianus et frater reddunt mihi omni anno star. xxiv de grano; et terram de Parathana, unde reddit mihi omni anno Deotesalve[1] star. iv de grano. Item volo et iudico atque dispono unicuique canonicorum suprascripte eccl. sol. x den. Luc. et unum cereum de libra, ad sepulturam meam; fraternitati capellanie Luc. sol. xx; fraternitati maiori de plano de Luca sol. xx; opere ciborii altaris eccl. S. Marie Forisportam sol. xx; opere campanilis suprascripte eccl. S. Martini sol. xx; ecclesie S. Reparate sol. v; ecclesie S. Michaelis de Foro[2] sol. v; suprascripte eccl. S. Marie sol. v; eccl. S. Petri Maioris sol. v; eccl. S. Donati sol. v; monasterio S. Pontiani sol. v; monasterio S. Georgii sol. v; monasterio S. Bartholomei de Selce sol. v; monasterio S. Iustine sol. v; unicuique familiario canonice S. Martini den. xii; Bernardo ministeriali S. Reparate pelles meas meliores agninas; Cigulino servienti meo pellicionem meum vulpinum cum super camisio et sarrabulas et interulas meas, quas ipse apud se habet, et pelles meas agninas peiores; Gerardo sol. v et unam camisiam et unum parium sarrabule mee; peregrinario hospitalis eccl. S. Martini, ad usum et utilitatem pauperum, lectum meum, scilicet catalectum et cultricem et capethalem et duo linteola et similiter sacconem; sex hospitalibus ecclesiarum sedalium Luc. sex saccones, valentem pro unoquoque

saccone sol. v; et pro uno molino hedificando in l. Scopeccio, ad utilitatem canonicorum eccl. S. Martini, qui pro tempore ibi fuerint, libr. xii; ita tamen, quod semper deveniat usumfructum in potestate camerarii, q. pro tempore ibi fuerit; diacono suprascripte eccl. S. Marie capellum meum vulpinum; sacrastie scrinium meum; presb. Ugoni coclearium meum argenti; fraternitati S. Lucine sol. x. Item volo et iudico atque dispono, ut si quis hoc iudicatum violare temptaverit, ut sit compositurus ei, cui violare temptaverit, rem in duplum, insuper penam consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Haec acta sunt in presentia: Beneveni medici, Symeonis qd. Petri, Parisii f. Galli. A. MCLXXX, ipso die kal. madii, ind. XIII. Supradicti homines ibi fuere. Petrus not. imp., rogatus a Baldicione, hec scripsi.[3]

*Originale:* M. 19; *Regestum B, c. 5 v.* *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Petrus*:* Preterea magister Baldicio dedit duodecim libr. den. Luc., de quibus voluit et iudicavit et firmavit atque disposuit, ut fieret unum molendinum, ad utilitatem camere ciborum eccl. S. Martini; unde voluit et iudicavit, ut omni anno in perpetuum, in die anniversarii sui, reficerentur duodecim pauperes pro anime sue remedio. Suprascripti tt., locus, ind. et dotale. *Nel verso della carta, da mano coeva:* Iudicium magistri Baldicionis prioris.

1 *Il Reg. B:* Deotifece 2 de Foro *è nell' interlineo.* 3 *Sotto v'è uno spazio in bianco.*

1416. *6 Maggio 1180.*

« Eccl. S. Donati de Cauda Prati reddere tenetur annuatim (Luc.) capitulo star. XI et dimidium grani et totidem fabarum de una petia terre, q. est u. d. Campo Leuli, iuxta Caudam Prati; de qua condempnata fuit ad sic solvendum per Blanchum iurisperitum. Manu Aldebrandi not. (A.) M°C° octuagesimo, prid. non. madii ».

*Regestum B, c. 51 v.*

1417. *Lucca, 15 Maggio 1180.*

Breve recordationis, qualiter in Luc. civ., in eccl. S. Cristofori de Arcu, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius apparebunt, Bonoste qd. Conecti Poppi investivit per tenimentum Guittonem qd. Pandulfini de una petia de terra, q. est campus cum LXXVI arboribus, in l. Capannore u. d. Quarto et que est mod. III et medium, et tenet: ambo capita in viis publicis, latus in terra Sesmondi, alterum in terra et media fossa eiusdem Sesmondi; eo videlicet ordine atque conventu, quod Guittone et eius heredes ac proheredes habeant eam per tenimentum integre, reddendo omni anno III modia et VIII star. inter granum et milium

per medietatem, ad star. Luc. nunc currentem, in mense sept., Bonosti eiusque heredibus ac proheredibus, in domo eorum habitationis burgi S. Fridiani, et commestio debeat dari duobus hominibus reducentibus granum et duobus reducentibus milium. Bonoste obligavit se et heredes ac proheredes, sub pena sol. mille et Luc. consulum et treuguanorum, quod non tollent eis terram, nec aliquid superimponent donec ut dictum est reddiderint, et actores et defensores erunt eis; et Guittone, sub eisdem penis, promisit tenere, meliorando et non peiorando, et solvere et ita se et heredes et sua bona obligavit; et conventus fuit, si terra esset plus quam dictum sit, per mensura, secundum predictam rationem augmentetur redditus et si minus fuerit, secundum eandem rationem diminuatur redditus. Presentia: Follis qd. Bonfilii, Pennuti qd. Marrachi, Ghermondelli qd. Ghermondelli, Riccii generis Iordani. A. MCLXXX, idus madii, ind. XIII. Suprascripti homines ibi fuerunt. Carus not. imp.

*Originale :* R. 64.

1418. *31 Maggio 1180.*

« Bongiorus condempnatus fuit Luc. capitulo in curia treuguanorum reddere eidem capitulo tres petias terrarum, q. sunt in Capannore, in l. dicto Moscio. Manu Venture not. (A.) millesimo CLXXX°, prid. kal. iun. ».

*Regestum B, c. 67.*

1419. *Ponte del Marchese (Ponte S. Pietro, Lucca), 13 Luglio 1180.*

A. MCLXXX, ind. XIII, III id. iul. Nos Rainerius qd. Enrigi et Bonamente iugalis eius (filia) qd. Signorecti et Perfectus f. eorum atque Gemma uxor illius (filia) alterius Enrigi, mihi Perfecto patre meo consentiente, et nobis mulieribus viris nostris consentientibus, ubi interfuit notitia Baldicioni qd. suprascripti Signorecti g. mei et Bonfilii f. Poltri nepoti propinquiorum parentum meorum que supra Bonamenti, et Bonaldi g. mei et Ugolini qd. Martini propinquiorum meorum Gemme, a quibus interrogate sumus secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Ildibrandino, prenomine Boccainbarile, qd. Martini omne ius, actione, locatione, usu, tenimento et melioramento, quod habemus et nobis pertinet, de una petia de terra, q. est campus cum arboribus, prope Pontem quod d. Marchionis, quam a te detinebamus, melioramentum cuius mihi Rainerio obvenit nomine tenimenti a Cartorario qd. Robertini et postea ego per tenimentum illam Lucchese et Guilielmino atque Bonacurso gg. qd. Signorecti dedi, ad reddendum nobis omni anno in civ. Lucam

per totum mersem sept. star. x et medium milii et per totum mensem aug. star. IX et medium grani et star. IX et medium fabarum; que tenet: unum caput in flumine Serchi, alterum in terra et media fossa Rolandi qd. Grilli, latus unum in terra et media fossa Rossi qd. Enrigi eiusque nepotum, aliud in terra et media fossa mon. S. Pontiani, et est una cultra et media, vel si plus est. Profitemur a te pretium accepisse, c sol. Luc. monete. Pena dupli et cc sol. den. Luc. monete, sub pena consulum et treguanorum Luc. presentium et futurorum. [Act. ... Po]nte Marchionis, ante domum iugalium. [Rainerius et Bonamente, Perfectus] et Gemma hanc cartulam fieri rogaverunt, [Rainerius] f. et uxori consensit et Perfectus uxori sue consensit et propinquiores ibi fuerunt et mulieres interrogaverunt. Brunus qd. Petri, Martinus qd. alterius Petri, Guido qd. Ranucci q. huic contractui tt. interfuerunt manusque inposuerunt. Rainerius not. imp.

*Originale:* B. 85. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Rainerius: Set ne aliqua ob id oriatur dubitatio, sciendum est, quod suprascripti Lucchese et Bonacursus et Guilielmus tenitores de suprascripta terra consueti sunt iterum Cartorario reddere omni anno II star. grani et II star. fabarum et I star. milii, quod afflictum Cartorario reservaverunt iug[ales].

1420. *Lucca, 9 Agosto 1180.*

A. MCLXXX, v id. aug., ind. XIII. Nos Buiamonte qd. Benedicti Sancti et Ugolinus filius et Gasdia uxor ipsius Buiamontis filia qd. Rodolossi, mihi Ugolino consentiente patre meo, et mihi Gasdie consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Ranucci g. mei et Rogerii qd. Malagonnelle propinquiorum meorum, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Moroni priori eccl. et canonice S. Pantaleonis de Monte Heremitico, recipienti procuratorio nom. pro Ubaldo Hostiensis episcopo et S. R. Eccl. cardinali reverendo, tres petias de terris, q. sunt in l. et fin. Vichi Solarii, non procul a Luc. civ. u. d. Fabrorum, quas detinet Ildebrandinus da la Sepe; prima est campus, quę tenet: unum caput cum uno latere in terra filiorum qd. Pinelli de Cortina, alterum caput in terra quam tibi infra vendimus, alterum latus in terra Guidotti qd. Ciuffe, et est per mensuram star. XVII et scala una et dimidia; secunda est campus ibidem, per mensuram star. VIII et media scala, quę tenet: unum caput in terra filiorum qd. Guilielmi, alterum in terra eccl. et canonice S. Fridiani, latus unum in terra suprascriptorum ff. qd. Pinelli et in terra suprascripti Guidocti et in suprascripta prima petia, alterum in terra suprascripti Guidotti; tertia est campus cum arboribus super se ibidem et est per mensuram star. VIII et scale III, vel si plus invente fuerint, quę tenet: unum

caput in terra suprascriptorum ff. qd. Guilielmi, alterum in terra, quam detinet Segnorectus qd. Menchi de Vico, latus unum in terra Guidotti qd. Denaioli et in terra Richardini de Burgo, alterum in terra suprascripti Guidocti qd. Ciuffe; de quibus reddit nobis omni anno per tenimentum star. XIV de grano et XII de milio primaticcio, cum star. Luc. venditorio. Has petias, una cum omni iure et actione et proprietate nobis pertinente, tibi vendimus et tradimus et cedimus atque mandamus. Recepimus pretium a te Morone, pro Ubaldo ep., libr. XLII den. Luc. monete. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. Luce, in eccl. S. Stephani de curia S. Martini. S. m. iugalium et Ugolini, Buiamonte uxori et Ugolino f. suo consensit, et propinqui ibi fuerunt eamque (Gasdiam) interrogaverunt. S. m. Ugolini qd. Cicciamontonis, Ugolini qd. Menchucci et presentia Rolandi prioris canonice S. Michaelis, quę d. ad Forum. Petrus not. imp.

*Originale:* S. 54: *Regestum B, c. 6 v.* *Cf. il reg. seguente.*

1421. *(9 Agosto 1180?).*

« De expensis factis per Moronem, vice Ubaldi Hostiensi(s) ep., a F i l i p p o et uxore (continetur) manu eiusdem Petri,[1] sub eodem die ».

*Regestum B, c. 6 v.*

[1] *Ecco tutto il contenuto nel Reg. B:* De expensis factis per Moronem, vice Ubaldi Hostiensi(s) ep., a Buiamonte qd. Benedicti et filio et uxore ipsius Buiamontis *(cf. il reg. precedente)*, continetur manu Petri not. (A.) MC octuagesimo; et a Filippo et uxore, manu eiusdem Petri, sub eodem die.

1422. *4 Settembre 1180.*

« Arbitrium latum inter eccl. S. Martini et Advocatos,[1] per quod laudatum est a N o r d i l l i o, ut canonici S. Martini facerent cartam renovationis libelli ipsis Advocatis de terris de Rotta in XXIIII^or sol. Item, ut predicti Advocati facerent cartam proprietatis in totum, unde predicti canonici recipiebant prius ab ipsis XII star. grani, pro iudicio suorum antiquorum, scilicet pro iudicio Sineanime et Sesmundi et Tancredi, quam terram tenebat ab eis Carandellus de Saltocchio pro XVI star. inter granum et milium et I segalis; ita scilicet, ut canonica haberet predicta XVII star. blave in perpetuum. Item laudatum (est) ab eodem Nordillio, ut prefati Advocati assignarent per proprietatem terram tantam, unde predicta canonica possit et debeat habere unum modium grani pro decima eorum domus, ad rectum star. Luc., habendo illis qui de-

ferrent predictam blavam, sicut solitum est. A. Domini MCLXXX, pridie nonas sept. Ubertus not. ».

*Regestum A, c. 6 v.*

1 *Corretto da* Advocatum

1423. *Lucca, 14 Settembre 1180.*

A. MCLXXX, XVIII kal. oct., ind. XIV. Nos Baracancius qd. Burnetti et Henricus atque Ciccattus gg. ff. eiusdem Baracancii et Agina eius uxor filia qd. Uberti, nobis gg. consentiente patre nostro et mihi Agine consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Rolandi iudicis qd. Guamignani domni imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Moroni priori eccl. et canonice S. Pantaleonis de Monte Heremitico, recipienti procuratorio nom. pro Ubaldo Hostiensi ep. et S. R. Eccl. cardinali reverendo, unam petiam de terra, q. est campus, in l. u. d. Litiana, non longe a Pontetecto; quę tenet: unum caput, cum tota fossa infra se, in via publica, alterum in terra suprascripte eccl. S. Pantaleonis et in terra Gonelle qd. Malagonelle, latus unum, cum tota fossa infra se, in classo qui d. Sancte Agnes, alterum in terra Rainerii fabri. Hanc petiam, q. est per mensuram cum pert. mensurata cultra una, vel si plus inventa fuerit, una cum omni iure et actione et proprietate nobis pertinente, tibi vendimus et tradimus. Recepimus pretium a te, libr. XXXVIII den. Luc. monete pro Ubaldo ep. Repromittimus nos una cum nostris heredibus tibi pro Ubaldo ep. suisque heredibus, aut cui tu Moro pro Ubaldo ep. nostram venditionem dederis, ut si nos vobis de ea intentionaverimus et non defenderimus, spondemus vobis componere venditionem in duplum et sub pena consulum,[1] etc. Act. Luce, intus claustrum S. Iuliani. S. m. iugalium et predictorum gg., Baracancius uxori sue et ff. suis consensit. S. m. Guidonis qd. Morecci, Nocetori qd. Henrichi et presentia Rolandi prioris eccl. et canonice S. Michaelis, quę d. ad [Fo]rum tt. Petrus not. imp.

*Originale:* E. 25.

1 *Segue come nel reg. n. 1420.*

1424. *Lucca, 1 Dicembre 1180.*

Breve ad futuram demonstrationem, qualiter in Luc. civ., sub porticale case Gualterotti qd. Sclatte, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius scripta sunt, Bibulcus presb. eccl. S. Marie de arce de Mozano, cum consilio et accordamento Ramundini qd. Guilielmi consulis case Soffredinga et Rochesciani qd. Henrigonis patronum suprascripte eccl., per cartam, quam in

sua detinebat manu, tradidit et investivit Soffreducium de Anghiano qd. Henrichi Palie, ad suam proprietatem in parte et sorte seu divisione stante de casa et re massaricia et Nigro massario manente in ea residente, quam habebat et ei pertinebat in l. et fin. Domethani, et de omnibus terris cultis et incultis atque agrestibus, quante ad predictam casam et rem massariciam sunt pertinentes, et Niger ab eo ad lab. habere videbatur. Pena: arg. libr. XL, insuper consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam et terram habitationis sue distringeret. Unde Soffreducius fecit presb. Bibulco meritum, anulum aureum pro investitione et traditione seu sponsione confirmanda iuxta legem. Preterea presb. Bibulcus confessus fuit, quod hec omnia fecit item cum consilio et accordamento Opithini et Lanfranchini gg. et Rodolfini atque Guilielmi vicecomitis atque Manfredini item patronum suprascripte eccl., et confessus fuit se recepisse a Soffreduccio, sol. XL den. Luc. Haec acta sunt in presentia: Grilli qd. Bonfilii, Folchetti qd. Guilielmi. A. MCLXXX, ipso die kal. dec., ind. XIV. Petrus not. imp.

*Originale:* R. 164. *Cianelli, Mem. e Doc., III, 155, estr.*

1425. *18 Dicembre 1180.*

Coram Guido Araduccii[1] et Ildebrando consulibus treguanis causa seu lis, q. vertebatur inter Vivianum, pro se et uxore sua, ab una parte, et Dulcem advocatum S. Marie Forisporte etcetera, petebat prefatus pro se et uxore sua a Dulce, pro suprascripta eccl., unam petiam terre iure tenimenti, que est in confinibus Picciorani; que tenet: unum caput in terra Dominici et Magrine uxoris sue, alterum in terra sua, latus in terra Ghirardinghi, alterum quorum consortum; de qua reddidit sibi possessionem nudius tertius. Dulcis negabat. Dicebat Vivianus suprascriptam terram fore de illo tenimento, quod habet et detinet ab eccl. a S. Maria et a S. Martino et a domo Ghirardinga et a domo filiorum qd. Bartholomei et a Guardaboe et a S. Cristofano. Dulcis negabat. Dicebat Vivianus, quod inter se et antecessores uxoris sue tenuit predictam terram cum aliis terris per annos XL et plus, reddendo omni anno ecclesie S. Marie star. XXXVI inter granum, milium et panicum per tertium et ecclesie S. Martini star. III grani, Ghirardinghe star. XX et XII de vino, et Guardaboi star. VI et S. Cristoforo star. I et medium fabarum, et domui filiorum Bartholomei star. III. (A.) MCLXXX, XV kal. ian. Ventura not.

*Copia del sec. XIII, nel verso della carta (copia del sec. XI-XII):* E. 129, *dell' a. 1072, settembre 5; cf. il reg. n. 384.*

[1] *Cf. il reg. seguente.*

1426. *Chiesa di S. Sensio (Lucca), 23 Dicembre 1180.*

Ildibrandus causidicus et Bonaiunta qd. Ughetti atque Guiducius qd. Ararducii Luc. causarum consules treuguani, in eccl. S. Sentii residentes, bonorum virorum presentia nomina quorum inferius scripta inveniuntur, investierunt Bernardinum missum eorum, quatinus per eorum parabolam et ex eorum parte et ex publica Luc. civ. auctoritate corporaliter mitteret in tenere et in possessionem Nordiilum advocatum eccl. canonice S. Martini vel alium missum pro eo, pro ipsa eccl., in una petia de terra predicte eccl., que est campus, in l. prope Flexum, et tenet: unum caput in via publica, aliud in terra Martini Pidocchiinnaso, latus unum in terra Rolandi iudicis, aliud in terra suprascripte eccl. S. Martini, pro ipsa terra quam petebat Ceppatello et Garofolo pro ipsa eccl., quia dicebat fore iandicte eccl. et ipsi tertio citati uno edicto pro tribus posito ad iustitiam eccl. faciendam venire contempserunt; tali lege et tenore, quod qualicumque die, dehinc ad unum proximum annum, predicti Ceppatellus et Garofalus venerint ad iustitiam Nordiilo faciendam, dato convenienti pignore in manus consulum treuguanorum de placito, ad eorum voluntatem, et redditis sibi sol. IV de dato civ. et den. XII de breve isto et V de missis et XII de equis, hec possessio in eos revertatur, Nordiilo semper habente et lucrante omnes fructus suprascripte terre pro rata temporis. Si autem infra annum non venerint, deinde in antea Nordiilus commodo possessoris fungatur et Ceppatellus et Garofalus honere petitoris graventur. Si post annum veneri(n)t, dato convenienti pignore, semper primo reddant suprascriptas expensas, nisi in quantum consules treuguani de placito cognoverint hanc possessionem fraudulenter fore petitam a Nordiilo in totum vel partem, tunc nichil de eo in quo fraudem admisit rehabeat et fructus eo modo perceptos restituat, vel nisi visum fuerit consulibus treuguanis quod per eum malitiose stet, et honus probationis semper incumbat Nordiilo, quia in rem agit, et salva ratione aliarum omnium personarum. In presentia: Lanberti Guidonis qd. Ugolini, Rodolfini Merendasti. (A.) MCLXXX, X kal. ian., ind. XIV. Bernardinus venit ad suprascriptam terram et corporaliter Melottum pro suprascripto advocato in tenere et in possessionem misit. Appollonius not. imp.

*Originale:* E. 49; *Regestum* A, *c. 34 v.* *Nel verso della carta, da mano del sec. XIII:* De terra, q. d. Campus S. Mathei, de qua recepimus XII star. *Nel margine del Reg. A, da mano coeva:* Hec tenuta est de Campo S. Mathei, unde redduntur star. XII grani.

1427. *1180.*

« Offersio Ildebrandini, q. d. Boccambarile, et Cristine uxoris eius canonice B. Martini de una petia in Nave, prope Pontem S. Petri; que est cultra una et dimidium; que tenet: (caput) in flu(v)io Sercli, alterum in terra Rolandi qd. Grilli, latus in terra Rossi qd. Henrigetti de Podio, alterum in terra S. Pontiani. Item obtulit, in eadem carta, I star. grani et I milii super terris suis de Villore. A. MCLXXX ».

*Regestum A, c. 35 v.*

1428. *Chiesa di S. Sensio (Lucca), 29 Dicembre 1180.*

Super lite et controversia, q. vertebatur inter Nordillium advocatum eccl. et canonice S. Martini, pro ipsa canonica, ab una parte, litigantem, et Ceppum de Massa, ab altera, ad invicem inter se investitionem dederunt et se suosque successores Nordillius, et Ceppus se suosque heredes observaturos obligaverunt, sub pena xx libr. den. Luc. et consulum et treuguanorum [Luc.] presentium atque futurorum, quod omni tempore firmum et stabile habebunt et tenebunt quicquid Ildibran[du]s causidicus, Bonaiunta qd. Ughetti atque Guido qd. Ararduccii Luc. causarum consules treuguani, in eccl. S. Sentii residentes, inter eos de lite [in]fra posita per sententiam dicerent. Lis talis erat: Petebat Nordillius a Ceppo, ut aufferat vel aufferri permittat omne quod factum [vel?] inpositum est in rivo, qui d. S. Marie de Scopiccio, usque ad greppum terre S. Martini, sicut iuxta rivum ipsum greppum situm reperitur, ita quod aqua libere fluat, sicut prius consueverat, [et?] de cetero nichil faciat, quod sit inpedimentum, quominus aqua fluat per locum, quo consueverat, ante predictum factum, fluere; et ut quiete habere et tenere permittat usque ad medium rivum [et ips?]am aquam de suo priori cursu non divertat. Ceppus negabat totum. Dicebat Nordillius, quod rivus antiquitus solitus erat fluere per locum ostensum suprascriptis treuguanis, iuxta pre[dictum?] factum vel impositum, scilicet subtus aqueductum. Ceppus confitebatur impositum factumve ostensum a se vel per se factum. Dicebat Nordillius, quod terra, q. est a parte occidentis, iuxta rivum [...], rivus sunt eccl. S. Martini. Ceppus de terra confitebatur et de rivo confitebatur esse communem omnium ibi terras habentium et dicebat Ceppus publicum esse. Nordillius negabat. Dicebat Nordillius, quod terra, per quam rivus solitus erat fluere, [iuxta?] predictum factum vel inpositum, est S. Martini. Ceppus negabat de toto, set de parte confitebatur. Dicebat Ceppus, quod terra a parte orientis, iuxta rivum et usque ad medium rivum antiqu(u)m, est sua. Nordillius de medio [...]o habere aliquam partem negabat

et de terra negabat. Dicebat Ceppus, quod ipse et sui antecessores habuerunt et tenuerunt predictam terram usque ad medium rivum per L annos et plus. Nordillius confitebatur de se et de antecessoribus [...], medio rivo negabat. Dicebat Ceppus, quod sunt anni XXX et plus quod pater suus mortuus est. Nordillius confitebatur. Dicebat Nordillius, quod novus aqueductus factus fuit non sunt X anni. Ceppus confitebatur, set dicebat quod erant plus VIII anni [...]. [Di]cebat Ceppus, quod pater eius habuit unum molendinum subtus illum, quem modo ipse habet iuxta castaneos, qui ibi sunt. Nordillius de patre negabat, set quod ibi molendinus fuerit, confitebatur, set non a LX annis. Dicebat Ceppus, quod sui ante[c]essores habuerunt ibi predictum molendinum antiqu(u)m. Nordillius confitebatur illos habuisse, set pro canonica. Dicebat Ceppus, quod a ripa ex transverso intercisa, que est aliquantulum super inferius molendinum S. Martini [u]sque ad castanea subtus cacumen montis posita et ultra usque ad ipsius montis cacumen, sicut terra iuxta rivum porrecta reperitur a parte orientis, est sua et fuit antecessorum eius, ipsique eam tenuerunt inter [om]nes et possederunt per L annos et plus. Nordillius negabat a iuncheto inferius, quod est subtus impositum, quod est subtus et prope molendinum superius S. Martini et deinde superius negabat suam in omnibus, tamen confitebatur illius antecessores [te]nuisse a iuncheto usque ad castaneos. Dicebat Ceppus, quod ipse acquisivit ad pensionem a canonacis vel camarlingis S. Martini, reddendo omni anno den. IIII, ut de suprascripta aqua per terram et a terra etiam S. Martini [...]cere et sumere posset ad utilitatem suam, que ei sufficeret. Nordillius negabat a canonacis vel capitulo, set confitebatur ab Henrico tunc camerario, set tantum circa locum, unde aqua derivatur, et tantum ad molendinum vetus. [Di]cebat Nordillius, quod non fecit hoc cum concessione capituli vel quod ratum haberent et pensionem adhuc inde non receperunt. Ceppus negabat, immo dicebat quod concesserunt et firmum habuerunt et pensionem receperunt. Nordillius negabat de cano[nici]s vel camerario, set confitebatur Miloctum ei in computationem pro vectura vini deduxisse II sol. et ignorantibus tunc canonacis et ab huius cause initio sciverunt. Dicebat Ceppus, quod aqua, pro qua lis est, non nascitur [in?] terra S. Martini. Nordillius negabat, immo dicebat ibi partem habere, et dicebat Nordillius, quod suprascriptus Henricus in locatione, quam fecit Ceppo, dixit si quo tempore appareret inde aliquod damnum vel contrarium canoni[cis] vel eorum rebus, quod nichil valeret. E converso petebat Ceppus a Nordillio, ut tollat inde terre appositum et coacervatum, quo aqua derivatur et ducitur ad superius [mo]lendinum

ipsius eccl., et eam libere permittat fluere per antiqu(u)m suum alveum et de cetero non faciat, quominus aqua per suum antiqu(u)m alveum fluere possit, et quod quiete permittat eum eam aquam habere et possidere usque ad medium rivum. Nordillius negabat totum. Dicebat Ceppus, quod superius molendinum non sunt v anni adhuc, quod fuit edificatum. Nordillius confitebatur. Item Ceppus dicebat idem de apposito terre. Nordillius confitebatur. Dicebat Ceppus, quod aqua non fluxit per illum aqueductum superioris molendini continue per v annos. Nordillius confitebatur. Dicebat Nordillius, quod per canonicos interdicta fuit aqua Noceto et Guerruccio, ne aquam ducerent super molendinos, et ipsi ideo ducere dimiserunt. Ceppus confitebatur et dicebat item eandem interdictionem a se cum molendinario canonice simul factam. Nordillius confitebatur de interdictione suo nom. facta, set non fuit pro eo dimisso; et Nordillius dicebat idem de dimissione facta a Bico. Ceppus confitebatur, set dicebat, quia homo fuerat canonice. Consules treuguani, visis et diligenter utriusque partis rationibus cognitis et intellectis, sacramento calumpnie hinc inde prestito, testibusve diligenter examinatis, taliter litem per sententiam diffinierunt; Ildibrando, cum consilio et accordamento suprascriptorum suorum sociorum, sic dicente: In nom. Domini, amen. Ego Ildibrandus, litis cogni[t]or, Ceppum a prima Nordillii petitione, nomine appositi terre facta, et derivationis aque ad priorem molendinum, scilicet superiorem, ab ipso Ceppo facte, absolvo, ut vero de cetero [si?]ne canonicorum voluntate non faciat, quominus aqua suo consueto cursu defluat, Ceppum pro sua confessione, quia dicebat communem esse aquam, condenno. Nordil[li]um pro suprascripta eccl. a Ceppi petitione absolvo et a vicissim utrimque facta petitione usque ad medium rivum quiete possidendi utramque partem absolvo, quia eos pro diviso pro [d]imidia aquam eos possedisse, non cognovimus. Presentia: Tavernarii qd. Sagine, Rolandini qd. Fralmucci, Sireboni qd. Dragoncini atque Vitalis qd. Formenti. A. MCLXXXI, IV kal. ian., ind. XIV. Supradicti homines ibi fuere. Ventura not. imp.

*Originale:* G. 120; *Regestum A, c. 46; Regestum B, c. 61 v.* *Il Reg. B:* Ceppus *etc.* condempnatus fuit *etc.* ut patiatur derivare aquam rivi de Scopiccio usque ad greppum terre S. Martini.

1429. *11 Aprile 1181.*

« Assignatio facta ab Advocatis eccl. B. Martini pro uno modio grani, ad proprietatem canonice, de omnibus illis (terris), quas tenebat ab eisdem Cenamus qd. frater Datti de Lischia, in Vico Solari vel eius finibus, unde predictus Cenamus solitus erat red-

dere XVIII star. grani et XVIII milii; ita quod predicta canonica deberet recipere annuatim predictum modium grani, et non plus, ab ipsis Advocatis, ita quod tres persone debeant recipere annuatim commestionem honorifice in mense octubris, quando predicta decima dari debet, ab ipsa canonica. A. Domini MCLXXXI, tertio ydus aprelis. Ubertus not. ».

*Regestum A, c. 6 v. La rubrica dice:* In Vico Solari.

1430. *11 Aprile 1181.*

« Donatio Tancredi Advocati et consortum ad eccl. B. Martini de illis duabus petiis terrarum, unde canonica debebat recipere XII star. grani, ita quod canonica B. Martini deberet exinde recolligere omnes fructus, qui de predictis terris exiebant, videlicet XVI star. grani et I segalis; quas terras detinebat Carandellus et consortes; quarum prima petia tenet: caput in terra Henrici Tangrandis, semitula mediante, alterum in terra Mattuchi et Ranucci et Dentis,[1] latus in terra predicti Ranucci, alterum in terra predicti Dentis; secunda est ibidem, tenet: caput cum latere in via publica, alterum caput terre predicti Dentis, alterum latus terre predicti Ranucci, et sunt iste terre iuxta eccl. S. Andree de Saltocchio. A. Domini MCLXXXI°, tertio ydus aprelis. Ubertus not. ».

*Regestum A, c. 7 v. La rubrica dice:* In Saltochio.

[1] *Il passo* et Ranucci et Dentis *è nell'interlineo.*

1431. *11 Aprile 1181.*

« Libellum renovatum de novem cultris illarum terrarum supradictarum,[1] datum a canonicis S. Martini Tancredo qd. Sineanime et Gaitano et Lamberto et Duodo gg. qd. Tancredi Advocati et Advocato et Normanno et Vicedomino qd. Sesmondini et eorum heredibus ac proheredibus pro sol. XXIIII Luc., reddendis ad canonicos S. Martini in mense martii, habendo manducare convenienter qui predictam pensionem apportaverit; et sunt predicte novem[2] cultre tres petie; quarum prima[3] est in Rotta, sive Greppo, in confinibus Capannore, et tenet: caput in via publica, alterum in terra S. Bartholomei in Silice et in terra S. Stephani de Tassignano et in terra filiorum Arnolfi de S. Anastasio et in terra S. Fridiani, latus in terra Paganelli de dominis de Porcari, alterum in terra S. Marie de Paganico et in terra Iohannis de burgo de Porcari; que est cultre quinque et dimidium; secunda, campus, ibidem in Greppo, sive Rotta, que tenet: unum caput cum uno latere in terra nostra, quam tenent filii Meliane a nobis, alterum caput cum uno latere tenet in via publica; que est cultre II°; tertia in eodem l. u. d. tantum Greppum, que tenet:

caput in terra Brancalianorum,[4] alterum in semitula, que est iuxta terram Blanci de Lischia, latus (in terra) predictorum Brancalianorum da Potho et Uguicionis Buscie et filiorum Saxi et aliquantum in terra nostra, quam tenet Malagallia de Capannore, alterum latus in via publica et in terra predictorum Brancalianorum; que est cultra una et medietas. Has novem cultras professi sunt se detinere a canonica S. Martini non preiudicante alicui partium quod in alia carta libelli dicitur de XIIII cultris, que scripta est per manum Petri not. A. Domini MCLXXXI°.[5] Ubertus not.; III° id. aprelis ».[6]

*Regestum* A, *c. 19 v.*

[1] *Cf. i regesti nn. 101, 164, ai quali si riferisce.* [2] *Segue* petie *cancellato.* [3] *Segue* tenet caput *cancellato.* [4] *Il ms. aggiunge:* scilicet filiorum Benenati da Potho [5] *Corretto da* MCLXXX° [6] tertio id. aprelis *è su rasura.*

1432. *Lucca, 3 Maggio 1181.*

A. MCLXXXI, V non. madii, ind. XIV. Ego Buiardus qd. Bolgarelli per hanc cartulam vendo et trado tibi Bonacorso diac. et rectori hosspitalis S. Martini, qui d. S. Alexandri de Posterula, ad proprietatem hosspitalis, unam petiam de terra, q. est silva, l. et fin. Conputo u. d. Canpus Cothori, tenentem: unum caput et aliud in terra suprascripti hosspitalis cum uno latere, alterum latus in terra S. Petri, qui d. ad Forcone, et in terra Aliotti. Hanc petiam, cum omni iure, actione et proprietate mihi pertinente, tibi vendo et trado pro XVIII sol. Luc. den., quos a te me pretium recepisse profiteor. Pena dupli, insuper consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum vel alterius potestatis, que Lucam distringeret. Act. Luce, prope murum civ., intus domum predicti hosspitalis. Buiardus hanc cartulam fieri rogavit. Filipello qd. Baronciuchi, Caciato qd. Ildebrandini atque Porticale qd. Guilielmini tt. interfuere, manumque inposuere. Ubertus not. imp.

*Originale:* D. 185.

1433. *Puticciano (Lucca), 13 Giugno 1181.*

[A.] MCLXXX[I], [id. iun., ind. XIV]. Nos Soffreduccius de Anchiano f. [qd. He]nrigi Palie et [Bella iugalis filia qd. Ra]mundini et Henrigettus et Ugolinus gg. eorum ff., nobis gg. consentiente patre nostro [et mihi Belle] consentiente marito meo, ubi interfuit notitia Urbiciani iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi presb. Benedicto can. maioris ęccl. S. Martini Luc. episcopatus, ad partes et proprietatem ipsius ęccl. et canonicę et capituli eiusdem canonicę, unam petiam de terra cum casa et re

massaricia super se, in l. et fin. Domethano u. d. ad Campo, quę regitur et laboratur per Nigrum qd. Bornetti massarium eiusque filios, in ea residentes, una cum omnibus terris cultis et incultis seu agrestibus ad ipsam casam et rem massariciam pertinentibus et predictos manentes in ea residentes. Itemque vendimus tibi totum quod in ipso masio pertinet Pallie et Richelde neptibus meis Soffreduccii seu patri eorum pertinuit in suprascripto masio et in terris pertinentibus ad ipsum masium, et totam portionem q. pertinuit ęccl. S. Marię de Rocca in suprascripto masio et massaricia, et michi Soffreduccio et suprascriptis neptibus meis vel ęccl. pertinet vel pertinuit in illis terris et rebus, unde annuatim soliti sumus habere et recolligere unum carrum de vino claro, ad star. ipsius loci, et den. xviii et medium et pro pascioratico den. xii et mediam gallinam et mediam spallam et unum pollastrum et star. iii et unum tertium de castaneis gravoliosis et medium star. de ficubus siccis, vel si predictus Niger plus reddere solet vel debet. Omnia, cum omni iure et actione nobis vel ob id competente, tibi vendimus et tradimus, cedimus atque mandamus. Profitemur nos recepisse pretium, libr. xxiv den. Luc. monete. Pena dupli et arg. libr. x et sub [pena] consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. Act. in l. Puti[ciano, prope eccl.] S. Iusti. S. m. iugalium [et gg.], Soffreduccius uxori sue et ff. suis consensit. Urbicianus iudex [imp. int]erfui et ss. Soffreduccius presb. Ben[edicto, pro se et pro aliis] canonacis et capitulo, conve[nit et pro]misit et se suosque heredes obligavit se facturum ita, quod [sue] neptes Pallia et Richelda et Manfredinus maritus [Richelde] hanc venditionem firmam et ratam habebunt et tenebunt perp[etuo; nec] mittent inde canonicę [litem vel mo]lestiam, et quod, ex quo fuerint [in Tuscia, facient] eum easve facere et firmare hanc cartulam et venditionem pro [suprascripto] pretio soluto et sine alio pretio solvendo, in laude eorum sapie[ntis], infra [dies] xxx post inquisitionem proximos, sub penis predictis omnibus. S. m. Bonifatii qd. Ildebrandini Icquibachicchi, B[ui]oli [qd.] Preiti et Folchetti f. suprascripti Nigri tt., et in presentia Iohannis presb. suprascripte ęccl. S. Iusti de l. Puticiano [fact]a sunt hec omnia. Urbicianus iudex et not. imp. post traditam complevi, scripsi et dedi.[1]

*Originale:* M. 29; *copia del sec. XII, di* Petrus not. imp.: M. 14; *Regestum A, c. 2. Le restituzioni sono state desunte dalla copia.*

[1] *Segue il reg. n. 1439.*

1434. *Lucca, 11 Luglio 1181.*

A. mclxxxi, v id. iul., ind. xiv. Ego Stephanus qd. Homodei per hanc cartulam vendo et trado tibi Inghifredo presb. et

can. eccl. S. Martini Luc. episcopatus omne ius et actionem, tenimentum seu libellariam, usum et derictum atque melioramentum, quod mihi pertinet de una petia de terra, q. est campus, in l. et fin. capelle S. Fridiani de Arsina u. d. in Cerbaia; quę tenet: unum caput in terra eccl. et canonice S. Fridiani, alterum in terra Segnorecti qd. Vitalis, latus unum in via publica, alterum in terra Curtis. Omne ius etc. de suprascripta petia, q. est per mensuram media cultra, vel si plus inventa fuerit, unde solitus sum reddere omni anno episcopatu(i) S. Martini den. III, tibi eam vendo et trado; ita tamen, quod debeat remanere apud me et meos heredes ac proheredes per tenimentum et perpetuam locationem, ad reddendum omni anno in mense aug. tibi vel tuis heredibus ac proheredibus, ad Lucam ad casam habitationis vestre, star. I de bono grano sicco et rationabiliter mundo, cum iusto star. Luc. venditorio. Recepi pretium, sol. XXXIII den. Luc. monete. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. v[el] alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. Luce, intus claustrum suprascripte eccl. S. Martini. S. m. Stephani. Idem Stephanus presb. Inghifredo convenit et promisit et sub penis predictis omnibus se suosque heredes et proheredes et omnia bona sua iure pignoris obligavit dare predictum granum omni anno. S. m. Martelli qd. Bernardi, Catenaci qd. Boni, Becci qd. Lamberti tt. Petrus not. imp.

*Originale:* C. 98; *Regestum B, c. 56. Nel verso della carta, di mano dello stesso* Petrus not.: [...] postea Ventura *(?)* qd. Homodei, modo Pellarius qd. [...] debet facere istam redditam. *Cf. il reg. seguente.*

1435. *Lucca, 11 Luglio 1181.*

A. MCLXXXI, V id. iul., ind. XIV. Ego Beccus qd. Lamberti per hanc cartulam vendo et trado tibi Inghifredo presb. et can. eccl. et canonice S. Martini Luc. episcopatus tres petias de terris in l. et fin. capelle S. Fridiani de Arsina; prima est campus u. d. ad Toram, quę tenet: unum caput cum uno latere in terra Angerelli, alterum caput cum alio latere in terra Bonincontri qd. Bernardini; secunda est ibidem, quę est silva, et tenet: unum caput in terra suprascripte eccl. S. Martini, alterum in terra filiorum qd. Stephani, ambe latera in terra Angerelli; tertia est u. d. in Valle Moronis et est vinea, quę tenet: unum caput in terra Iustori, alterum in terra Frontis de Cavina, latus unum in terra Angerelli, alterum in terra Martini. Has petias, una cum omni iure et actione et proprietate mihi pertinente, tibi eas vendo et trado; ita tamen, quod debeant remanere apud me et meos heredes ac proheredes per tenimentum et perpetuam locationem, ad

reddendum per singulum annum de eis pensionem in mense aug., tractum et paratum ad Lucam ad casam habitationis tue, tibi vel tuis heredibus ac proheredibus star. II de bono grano.[1] Recepi pretium, libr. III et sol. X den. Luc. monete. Pena dupli et sub pena consulum[1] ac libr. X arg. Actum Luce, intus claustrum suprascripte eccl. (S. Martini). S. m. Becchi. Beccus Inghifredo convenit et promisit et se suosque heredes et omnia bona sua mobile et immobile, quę habet vel habebit iure pignoris obligavit, sub predictis penis omnibus, suprascriptum granum solvere omni anno in perpetuum. S. m. Martelli qd. Bernardi, Catenaci qd. Boni, Stephani qd. Homodei tt. Petrus not. imp.

*Originale:* C. 94; *Regestum B*, c. 57 v. *Nel verso della carta, da mano del sec. XII-XIII:* Hanc terram vel terras detinet modo Dominicus gener Stephani [pro ?] star. II grani. *E il Reg. B aggiunge:* quas terras modo tenet, ut dicitur, Dominicus gener Stefani Matharoccii *(?)* pro eo.

1 *Segue come nel reg. precedente.*

1436. *Lucca, 14 Luglio 1181.*

A. MCLXXXI, prid. id., iul., ind. XIV. Nos Paganellus qd. f. Ildebrandini et Palia uxor eius qd. filia Lupicini, mihi Palie consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Cecii g. mei et Manciani f. mei et f. qd. Incontri, propinquiorum meorum, a quibus interrogata (sum) secundum edicti paginam, per hanc cartulam, pro animabus nostris remedio ac salute offerimus tibi eccl. et canonice S. Martini, quę est in Luc. civ. constructa et est caput Luc. episcopatus, unam petiam de terra, q. est campus cum arboribus super se, in l. u. d. Sorbanum Episcopi, et tenet: unum caput cum uno latere in viis publicis, aliud caput in terra nostra, quam nobis reservamus, sicut termini ibi sunt, alterum latus in terra Alfani qd. Rubertini Russi et in terra Bollionis cum media fossa. Est cum pert. mensurata mod. II, quarra minus.[1] Offerimus, ut deinceps in antea predicta terra sit in proprietate eccl. et canonice et in potestate canonicorum, q. modo ibi sunt vel in antea ad officium Dei celebrandum fuerint, habendi atque fruendi. Pena dupli, insuper arg. libr. XL. Act. [Lu]c[e]. S. m. iugalium, Paganellus uxori sue consensit, et prefati propinquiores Palie eam interrogaverunt, ut dictum est. Sciendum est, quod suprascripti iugales reservaverunt sibi usumfructum totum suprascripte terre, dum vixerint ambo, et si quis illorum ante decesserit, quod alius que supervixerit, habere debeat medietatem de usufructu, quam medietatem Palia habere debeat, si supervixerit, [hoc ? m]odo, dum lectum predicti viri sui custodierit et virum non acceperit. S. m.

Bongii qd. Bongialvini, Passavanti qd. Sesti, Peregrini qd. Ugolini Berlescie tt. Dulcis not. imp.

*Originale:* E. 90; *Regestum A, c. 29 v e c. 42; Regestum B, c. 31 v. Nel verso della carta, da mano del sec. XII:* Terra *(?)* de Sorbano, que fuit Paganelli Sellani *(?)*.

[1] *Il Reg. A a c. 42:* Offersio *etc.* de duabus cultris in Sorbano Episcopi et minus una quarra et prope pontem Verciani.

1437. *Lucca, 23 Luglio 1181.*

A. MCLXXXI, X kal. aug., ind. XIV. Nos Amicus et Guidus gg. qd. Lamberti per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Uberto abb. eccl. et mon. S. Petri de l. Pottheulle unam petiam de terra, q. est campus cum arboribus super se, in l. et fin. Picciorano; que tenet: unum caput in terra Ildebrandini et in terra Tempagnini, cum fossa infra se, alterum in terra, quam nobis reservamus, sicut termini ibi positi erunt, latus unum in terra et media fossa Tempagnini, alterum in terra et media fossa Mattaflonis et cum fossa infra se in terra hospitalis de Altopasscio. Est ad pert. mensuratam tres quarre. Tibi ad partem mon. vendimus et tradimus. Recepimus pretium, libr. XX Luc. den. a Peldivacca, quos den. domina Cecilia dare fecit, que fecit suprascriptam comperam ad utilitatem mon. pro anime sue remedio. Pena dupli. Et damus tibi et tuis nuntiis et cui vos dederitis viam per suprascriptam terram, quam nobis reservamus, eundi et reddeundi[1] ad suprascriptam terram die noctuque hominibus et bestiis caricatis et discaricatis, et si tu abbas vel mon. in damnum deveneritis, quod in tantis de nostris bonis regressum habeatis, unde bene sitis securi, vobis iure pignoris obligatis; et hec omnia promittimus observare, ad penam Luc. consulum et treguanorum. Act. Luce. Et obligamus nos et nostros heredes et proheredes, sub omnibus suprascriptis penis et sub pena XL libr. Luc. den., suprascriptam terram tenere im perpetuum tenimentum et reddere omni anno in mense aug. vel sept. ad mon., tractum et paratum in l. Pottheulle, star. V de bono grano sicco et V de bono milio sicco promaticcio, ad iustum star. Luc. venditorium, et terram non dimittere nec peiorare, et si ita non reddiderimus, quod perdamus eam et nullam habeamus ibi rationem, set pro uno anno quod non reddamus, non perdamus eam, si alio anno veniente reddiderimus de preterito anno et de futuro totam suprascriptam blavam. Predicti gg. hanc cartulam fieri rogaverunt. Rolandus f. Cinne et Vecchius qd. Ponthi et Mainectus qd. Rolanducci tt. interfuerunt. Gottefredus not. imp.

*Originale:* E. 148.

[1] reddeundi *è nell' interlineo.*

1438. *Lucca, 24 Luglio 1181.*

A. MCLXXXI, IX kal. aug., ind. XIV. Ego Bonus de Mangiavacca per hanc cartulam pro anime mee et patris et matris mee remedio offero tibi eccl. et canonice S. Martini Luc. episcopatus, quę est constructa et haedificata infra Luc. civ., ad utilitatem camere eiusdem canonice, recipiente pro eccl. et pro camera Matheus presb. et can. et camerarius eiusdem eccl. et Inghifredus atque prior Damianus et Guido item presbiteri et canonici, omnes casas et cassinas seu casalinos, simulque terras atque res meas cultas et incultas, donicatas et massaricias, mobiles et immobiles seu se moventes et omnes res, quas ubicumque habeo et detineo vel adquisiero. Offero, ut a presenti die, tam in vita mea quam et post obitum meum, sit in proprietate ipsius eccl. et presb. et cler. et canonicorum potestate, qui in predicta eccl. fuerint ordinati et in ea officium Deo fecerint, eas habendi et fruendi, ad eorum tamen usum et pauperum et utilitatem predicte eccl. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. Luce, intus claustrum suprascripte eccl. S. m. Boni. S. m. Melotti qd. Andree, Dominichi qd. Magniani, Ildebrandini qd. Nigris, Catenacci qd. Boni tt. Petrus not. imp.

*Originale:* N. 162.

1439. *Lucca, 31 Luglio 1181.*

Post haec[1] autem, aliquantis diebus postea, predictus Soffreduccius confessus est, quod proprietas predictarum terrarum erat canonicę S. Martini et quod inter eas et alias [te]rras d[e] Domethano, quas ipse cum consortibus ibi habebant, soliti era(n)t annuatim reddere vel facere reddere per libellum ęccl. et canonicę S. Martini sol. v den. Luc. [monete inter] se et consortes; de qua reddita erant in parte sua den. VII et medium; unde concordatus est cum priore Damiano et Benedicto et Inghifredo [et Mat]heo presbiteris et canonacis et cum magistro Hermanno et magistro Pandulfo canonacis et ipsi cum eis pro ęccl. et canonica, quod pro suprascripta [emptione] et venditione Soffreduccius deinceps debet esse perpetuo liber et absolutus de sua portione redditus vel de quanto inde eum con[tingebat] pro sua parte, salvo iure canonicorum, in quantum de ipsa reddita v sol. in parte Soffreducci inde contingebat, ut deinceps [de]be[ant eam ha]bere annuatim ab ipso Nigro, et Niger sic eam annuatim canonicę solvere debeat; et cum Niger foret ibi presens, confessus fuit et [gua]ren[tavit] se deinceps annuatim soluturum canonicę den. VII et medium, quę Soffreduccium contingebant. Factum est Luce, in

claustro canonicę. In presentia: Tancredi qd. Sesmundi, Rangolelli qd. Clavelli et Cari qd. Malocchi. A. MCLXXXI, prid. kal. aug., ind. XIV. Urbicianus iudex et not. ibi fui et ad memoriam hęc scripsi.

*Originale:* M. 29; *copia del sec. XII, di* Petrus not. imp.: M. 14; *Regestum A, c. 2. Le restituzioni sono state desunte dalla copia.*

[1] *Così prosegue il reg. n. 1433. La carta fu scritta tutta ad un tempo.*

1440. *16 Agosto 1181.*

« Guidolinus qd. Burnecti de Castro Moriani, de cappella S. Stefani, redere tenetur annuatim Luc. capitulo den. unum de quadam petia terre posita in Moriano; ut continetur in testamento ipsius Guidolini, scripto manu Otti not. (A.) MCLXXXI, XVII kal. sept., ind. XIIII ».[1]

*Regestum B, c. 68.*

[1] *Il ms. aggiunge:* et que carta non est facta.

1441. *Lucca, 28 Agosto 1181.*

A. MCLXXXI, V kal. sept., ind. XIV. Nos Ardiccio Toperti, Gerardinus Ricci, Lutterius Bernardi, Rodolfinus Maliassi, Baldinectus Stolti atque Paganus qd. Ronthini maiores Luc. urbis consules, ex publica civ. auctoritate, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Gualando iudici unam petiam de terra cum casa super se et curte et oliveto et cum palmento cum petris et calcina edificato, que est in l. Domethano et fuit empta a Ranuccio qd. Bonfilii, una cum omnibus aliis terris et rebus cultis et incultis seu agrestibus, quas qd. Tronbertus faber et filii habuerunt in suprascripto l. et fin. Domethano, unde Corsus massarius residens in ipsis terris annuatim reddere consuevit somas III de vino et III libr. olei. Similiter vendimus et tradimus, cedimus atque mandamus tibi omnes alias terras et res, nomina et actiones, quę pertinebant suprascriptis ff. vel filio qd. Tronberti, tempore decessus ultimi filii Tronberti, in suprascripto l. et fin. Domethano. Excipimus terras, unde Befforus qd. germanus suprascripti Tronberti reddebat unam somam vini, et excepta petia ubi est domus, que ex conventione inter nos habitas, remanent apud ipsum Befforum, excepto quod eccl. S. Laurentii de l. Domethano debet inde habere unam petiam, quam presbiter elegerit pro iudicio ibi a qd. Tronberto facto. Omnia, cum omni iure et actione, nobis et civitati competente, tibi vendimus et tradimus, cedimus atque mandamus. Recepimus pretium, ad partem et utilitatem comunis Luc. civ., libr. XVII den. Luc. monete. Pena dupli et sol. mille suprascripte monete. Nos nostrosque successores et civitatem obli-

gamus et venditionem ab omni homine disbrigare promittimus, sub eadem pena; et pena soluta omnia in sua firmitate perdurent. Act. Luce, in eccl. S. Michaellis de Foro. S. m. consulum. Preterea in continenti ibidem prelibatus Befforus qd. Iohannis et Bonasoro eius uxor et filia qd. Benencase atque Antonius et Albertinus gg. qd. Gigoli, Bonesorori marito suo consentiente, interveniente notitia mei Urbicciani iudicis imp., a quo interrogata est secundum edicti pagina(m), fecerunt finem et refutationem atque transactionem in manus suprascriptorum Rodolfini et Lutterii consulum, recipientium pro civ. et Luc. communi, et in manus suprascripti Gualandi, recipientis pro se, de suprascriptis terris et rebus, q. fuerunt qd. suprascripti Tromberti g. Beffori, et de communi iure et ratione eis vel alicui eorum competente et convenerunt et promiserunt et se suosque heredes obligaverunt non mittere inde litem vel molestiam consulibus vel civitati seu Gualando vel suis heredibus; sub pena mille sol., consulum quoque et treguanorum presentium et futurorum, et pena soluta hec omnia in sua firmitate perdurent, sub eadem obligatione et pena. Insuper idem iugales et gg. titulo venditionis dederunt Gualando iudici omnes suprascriptas terras et res in suprascripta sua emptione designatas et consulibus easdem terras et res et omnia bona, quę fuerunt qd. Tromberti et filiorum, exceptis suprascriptis terris de Domethano, unde Befforus reddebat I somam vini, et excepta petia nominatim ubi est domus, quę remanent ipsi Befforo, excepto quod predicta eccl. S. Laurentii debet inde habere unam petiam, quam presbiter elegerit. Exceptaverunt insuper Befforus et uxor tres petias terrarum pertinentes ipsi uxori Beffori, nomine donationis sibi facte a qd. suprascripto Tromberto pro Befforo, ut continetur in cartula Petri not., et Gualandus concessit eas eis. Pro quibus omnibus iamdicti iugales confessi sunt se recepisse a consulibus pro Luc. commune libr. XXIV et gg. libr. XVIII den. suprascripte monete, et confessi sunt se scire res illas satis pluris pretium fore, cui superfluo renuntiaverunt in totum; et de eorum dolo et facto repromiserunt; ab aliis tamen actores vel defensores seu pretii restauratoris esse non debeant. Befforus, Antonius et Albertinus ad s. Dei evangelia iuraverunt se omnem finitionem et refutationem et transactionem seu venditionem firmam et ratam habere omni tempore et non mittere inde consulibus seu Gualando vel eius heredibus litem vel molestiam et quod nullam dationem vel obligationem seu cessionem vel alienationem inde factum habent alicui persone vel loco; si Deus eos adiuvet et illa s. evangelia, super quibus quisque eorum manum posuit. His omnibus Guido causidicus et Salamon gg. qd. Rolandi Boccainsocchii et Glando not. tt. inter-

fuerunt, in quorum presentia et aliorum multorum facta sunt hec omnia. Urbicianus iudex et not. imp., cuius presentia hec acta sunt, post traditam complevi, scripsi et dedi.

*Copia del sec. XIII, di* Leo iudex not. imp.*: M. 22; Regestum A, c. 2. Il Reg. A ha:* Exemplar venditionis de predicto masio *(cf. il reg. n. 1302) etc.* a consulibus Lucanis Gualando iudici, quia Trombertus decesserat sine heredibus; unde consules occupaverant hoc masium S. Martini, quasi esset alodium predicti Tromberti, et ideo vendiderant per alodium predicto Gualando *etc.*

1442. *(Prima del Settembre?) 1181.*

Guilielmus Luc. eccl. ep. fratribus suis et canonicis Luc. in perpetuum. Iustis vestris desideriis et postulationibus annuentes, comperta rei veritate quod homines de Massagrosi et homines de Gualdo decimas panis et vini, castanearum et aliorum quorumlibet fructuum de terris eorum annis singulis perceptorum a multis retro temporibus non solverunt, immo contra Domini preceptum in pernitiem suarum detinuerunt animarum, sicut utriusque testamenti pagina evidenter insinuat, pro remedio animę nostrę et successorum nostrorum, pro lucrandis etiam Domino animabus eorum, q. usque modo in hac fraude et detestanda consuetudine perstiterunt, indulgemus, largimur, et ex auctoritate nobis a Sede Apostolica tradita, damus et concedimus, tam ad necessitatem vestram qui in Luc. ęccl. divinis nunc officiis deservitis, quam futurorum fratrum canonicorum, q. in ea pro tempore militabunt, decimas de Massagrosi et eius curte et de Gualdo, quatinus in vestra et succedentium canonicorum potestate consistat, a predictis hominibus de Massagrosi et eius curte et de Gualdo decimas exigere et ius percipiendi habere, salva ratione cappellarum, quę in predictis locis hedificate sunt, salvo etiam iure plebis, in cuius plebeio illa consistunt. Preterea simili vobis damus et concedimus auctoritate decimas omnium parrochianorum vestrorum in curia S. Martini vel circa curiam commorantium, qui in eccl. S. Martini divini verbi pabulo cotidie nutriuntur. A. MC octuagesimo primo, ind. XIIII. Guilielmus Luc. ep. in hoc scripto a me facto ss.

*Originale:* BB. 55. *Sigillo pendente, perduto. Copia cart. del sec. XVII nell'Arch. Capit.:* Y. 3, n. 27.

1443. *Lucca, 2 Settembre 1181.*

Breve memorie, qualiter in Luc. civ., intus claustrum S. Martini, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius scripta sunt, Ildebrandinus qd. Leoli et Gerardinus et Vivianus gg. qd. Guiducci per cartam, quam in suis detinebant manibus, investierunt Matheum camerarium et Inghifredum secrestanum presbiteri et canonici eccl. et canonice S. Martini, pro se et

omnibus eorum confratribus canonicis, quod ipsi et sui heredes ac proheredes dabunt per singulum annum in mense aug. canonicis, tractum et paratum ad Lucam, ad canonicam, de bono grano sicco et rationabiliter mundo star. XII et star. XII de fabis bone et sicche, et in mense sept. star. XII de bono milio sicco et rationabiliter mundo, cum iusto star. Luc. venditorio, et sol. V et den. VI Luc. monete et II albergarias et star. I de vino musto, cum iusto star. de Massacrosa, ibidem ad domum habitationis eorum, et guardias de castello et omnes alias obedientias, secundum quod Bonus de Mangiavacca solitus erat reddere et facere de omnibus terris cultis et incultis atque agrestibus, quę fuerunt suprascripti Boni in l. et fin. Massecrose vel in aliis locis; de quibus predicti canonici, cum consilio et accordamento presb. Guidonis et prioris Damiani et prioris[1] Moronis et magistri Pandolfi diac. et magistri Hermanni et Henrichi Tasche confratrum suorum, predictum Ildebrandinum, de medietate, et predictos gg. de alia medietate hodie per tenimentum et perpetuam locationem investierunt, sicuti per capita et latera invente fuerint. Spoponderunt canonicis, si eis sicut suprascriptum est observatum non fuerit, aut si terras dereliquerint, quod componere (debeant) predicti gg. et Ildebrandinus vel eorum heredes ac proheredes penam, arg. libr. X, insuper penam consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret; et si ita non solverint, quod canonici possint eis tollere terras, sine aliqua molestia. In presentia: Bartholomei qd. Fasciani, Melotti f. Andree, Dominichi qd. Magniani. A. MCLXXXI, IV non. sept., ind. XV. Supradicti homines ibi fuere. Petrus not. imp.

*Originale:* N. 162.

1 *Segue* Damiani *cancellato.*

1444. *28 Settembre 1181.*

Quando Pellarius f. Plebanelli comperavit ab Uberto abb. mon. S. Petri de Potheulli unam petiam de terra, q. est in l. S. Margarita, quam Montaninus detinet, pro pretio XL libr., sicuti continetur in cartula scripta manu mei Gottefredi not., tunc Pellarius pactum et conventum fecit suprascripto abbati et se et suos heredes obligavit, sub pena Luc. consulum et treguanorum et C libr. Luc. den., quod qualicumque die dehinc ad duos proximos annos abbas vel eius successores voluerint ab eo recomperare suprascriptam terram, quod dabit ipse vel eius heredes et revenderet eis suprascriptam terram pro suprascripto pretio libr. XL et de adficto debeat habere secundum quod venerit ad rationem anni. Hec acta sunt presentia: Marcoaldi qd. Ranucci, Merlecti f. Mer-

lecti, Boniaccorsi f. Ubertelli. A. MCLXXXI, IV kal. oct., ind. XV. Gottefredus not. imp.[1]

*Originale:* H. 82.

1 *Segue il reg. n. 1504.*

1445. *3 Ottobre 1181.*

« Meloctus advocatus eccl. S. Martini habuit tenutam a consulibus curie treuguanorum de una pescaria de Colobraria, que dicitur ad Frassum, et de duabus aliis pis(c)ariis; prima quarum d. ad Rannellum, et alia d. ad Focem, similiter in Colobraria; ut continetur in carta scripta manu Gerardi not. et Turchii not. (A.) M°C°LXXXI°, V° non. octubris ».

*Regestum B, c. 83.*

1446. *Lucca, 9 Ottobre 1181.*

Gerardus iudex qd. Moreccii et Soffredus qd. Morectini et Albertinus Cittadine Luc. causarum consules et treuguani, infra Luc. civ., intus eccl. S. Sentii, residentes, bonorum virorum presentia, quorum nomina supter leguntur, investierunt Bernardinum missum eorum, quatinus, per eorum parabolam et ex eorum parte et ex publica Luc. civ. auctoritate, corporaliter mitteret in tenere et in possessione Meloctum missum canonicorum S. Martini pro ipsa eccl. in omni iure et actione et melioramento pertinente Pillio de Montemagno de una petia de terra, q. est vinea et canpus tota insimul conprehensa, in confinibus de Riscetoro, facta ad modum erpicis, quam vineam Busia detinet ad medium a predicto Pillio, et d. ad Siricaium; set campum tenet suprascriptus Pillius u. d. ad Canpum de Vado; que tenet: unum caput in rio, alterum cum uno latere[1] in terra S. Martini, quam detinet Cacciaguerra, alterum latus in via pro eiusdem Pillii prefatę terre melioramento, quam a suprascripta eccl. S. Martini detinet, et pro alio suo melioramento omnium terrarum, quas ab eadem eccl. habet sive detinet ullo modo, pro tanta blava et vino, nomine decimarum, que valet sol. XXX den. Luc. monete, quos Meloctus pro eccl. S. Martini a Pillio requirebat et ipse, una vice pro tribus citatus, ad iustitiam faciendam venire contempsit; tali lege atque tenore, quod si dehinc ad unum proximum annum Pillius venerit ad iustitiam faciendam, dato convenienti pignore in manus consulum et treuguanorum ad eorum voluntatem et reddito primum quod pro hac investitione datum est, scilicet den. XVIII pro dato civ. et V den. missorum et den. XVIII de carta ista et sol. II pro equitaturis, hec possessio et teneris immissio in eum revertatur, ipsa ecl. semper habente et lucrante de fructibus investitionis,

ad rationem den. IV per singulam libr. in singulis mensibus vel usuras den. trium per singulam libr. in singulis mensibus pro temporis rata, fructibus computatis quantum valuerint, cum eos perceperit, et quantum minus exinde habuerit, totum super hac investitione et obligatione permaneat; si vero post annum Pillius venerit ad iustitiam faciendam, dato convenienti pignore in manus consulum et treuguanorum ad eorum voluntatem et senper ante annum et post annum, priusquam causa inde fiat vel rationem habeat, reddat totum quod pro hac investitione datum est, nisi in quantum consules et treuguani cognoverint, quod hec possessio et teneris inmissio fraudulenter petita sit in totum vel in partem, tunc de eo in quo fraudem admisit, nichil reddi faciant et usuras vel fructus eo modo perceptos sive infra annum sive post annum fraudatorem restituere cogant et post annum eccl. S. Martini sit possessor ad instar pignoris conventionalis et senper lucretur usuras vel fructus loco usurarum predicto modo pro rata temporis, donec debitum probav(er)it vel probare parata fuerit; nisi post annum visum fuerit consulibus et treuguanis, quod per eam malitiose stet et honus probationis senper incumbat suprascripte eccl., quia personaliter agit et salva ratione aliarum omnium personarum. Presentia: Urbicciani iudicis, Petri Rovai et Ugolini qd. Pathi. A. MCLXXXI, VII id. oct., ind. XV. Gerardus iudex et Luc. causarum consul treuguanus ss. Bernardinus venit ad suprascriptam terram et Meloctum corporaliter in tenere et in possessione misit. Turchius not. imp. scriba suprascriptorum consulum et treuguanorum.

*Originale:* G. 72.

1 cum uno latere *è nell'interlineo.*

1447. *21 Ottobre 1181.*

« Preitellus qd. Bonfilioli et Branchalliana eius uxor reddere tenentur annuatim Luc. capitulo star. duo grani de duobus petiis terrarum, que sunt in confinibus Bacchiani. Manu Octi not. (A.) M°C°LXXXI°, XII° kal. novembr. ».

*Regestum B, c. 54.*

1448. *Ospedale di S. Martino (Lucca), 25 Ottobre 1181.*

Breve memorie, qualiter infra ospitale S. Alexandri et S. Martini, bonorum virorum presentia nomina quorum inferius descripta sunt, Bonaccursus presb. et custos et rector ospitalis, cum consilio et assensu Glandulfi cl. et Benevenis atque Rape seu Rossi confratrum suorum, investivit per tenimentum Ghisalbertum qd. Oghiccionis de omnibus terris, quę Malagallia qd. Signorecti

de Ponte S. Petri [a] suprascripto ospitali detinuit, in l. Casale, unde solitus erat annuatim reddere ibi iv star. de milio; quatinus pro me[l]ioramento et utilitate ospitalis predictus Ghisalbertus et sui heredes ac proheredes per firmum tenimentum habeant eas ad bene lab., meliorandum, non peiorandum, reddendo exinde omni anno in mense sept. de milio bono sicco star. v, tracto parato in ospitale, ad star. Luc. venditorium, recipiendo manducare et bibere ille, q. milium reduxerit, convenienter. Promisit Ghisalberto terras non tollere ei neque heredibus, nec aliquid superinponere, donec reddiderint sicut suprascriptum est, sub pena Luc. consulum et treuguanorum et sub pena c sol. Luc. monete. Ghisalbertus investiendo pro se suisque heredibus ac proheredibus promisit terras per tenimentum tenere et laborare et non dimittere et reddere omni anno ospitali, sicut suprascriptum est, sub predictis penis. Presentia: Martini qd. Gerardini, Iovannis qd. Amati, Bonattini qd. Rolandi qui tt. interfuere. A. MCLXXXI, VIII kal. nov., ind. XV. Tullius not. imp.

*Originale :* P. 118.

1449. *Lucca, 8 Novembre 1181.*

Breve memorie, qualiter infra Luc. civ., prope eccl. S. Marie de curte Rolandinga, presentia bonorum hominum nomina quorum inferius apparebunt, R o m a n u s qd. Ciccii, iturus ultra mare, cupiens ad memoriam ducere bona sua, dixit atque professus fuit se habere quattuor petias de terris in l. et fin. de Ponte Arsiccio; prima est campus cum vitibus in l. u. d. Capaule, que tenet: unum caput in terra Arrichi qd. Conetti, aliut in via publica, latus unum in terra et campo Pontis g. suprascripti Romani, reliquum latus in terra Guidotti qd. Guidi; secunda est campus cum vitibus in l. u. d. in Vignalaia, que tenet: unum caput in terra et media fossa eccl. S. Michaelis de Ponte ad Forum, aliut in terra et campo suprascripti Pontis g. Romani, latus unum in terra et campo et media fossa Gerardi qd. Lambertuccii, aliut in terra et media fossa, q. fuit Rossilionis qd. Gottifredi de Arcu; tertia est campus in l. u. d. all'Aia de Scotto, que tenet: unum caput in terra et campo et media fossa Bonoincontri qd. Bernarduccii, aliut cum uno latere in via publica, reliquum latus in terra et campo iamdicti Pontis; quarta est campus cum pergolis ab uno latere in l. u. d. supra Prato, que tenet: unum caput in terra et vinea atque media fossa Gerardini de Colle qd. Gottifredi, aliut in terra suprascripti Bonoincontri et Pincii qd. Carbonis, latus unum in terra suprascripti Gerardi qd. Lambertuccii, aliut in terra suprascripti Pontis g. Romani. Item dixit atque professus

fuit se habere duas vegetes et medietatem unius domus, q. est cellarium, in l. de Ponte Arsiccio et duas arcas et XVIII star. de blava inter milium et panicum et quartam partem unius bovis, quem detinet suprascriptus Pons g. Romani, et VI star. de fabis et VIII de sagina et unam somam et VIII star. de vino puro; que omnia voluit ut Vecclus f. suus habeat, si ipse Romanus ultra mare moreretur, seu in iamdicta via; et si Vecclus moreretur, non relicto filio vel filia de uxore legitima, voluit atque iudicavit Ponti g. suo omnia suprascripta bona sua, ipso Ponte eiusque heredibus ac proheredibus dando et reddendo annuatim ponti S. Petri pro remedio anime Romani unum star. de fabis. Acta sunt hec coram Corso qd. Guiduccii et Corso qd. Bornetti atque Ildebrandino qd. Campoccii et Bolgarino f. suprascripti Pontis qui tt. interfuerunt. A. MCLXXXI, VI id. nov., ind. XV. Supradicti homines ibi fuere. Scottus not. inp.

*Originale:* B. 97.

1450. *14 Novembre 1181.*

« Porcellus condam Singnorecti, Bonifatius Martini et Mingarda uxor Porcelli et Cecilia uxor Bonifatii vendiderunt Luc. capitulo v[e] petias terrarum, q. sunt in pleberio Turris, quas ab eis detinent Rolamdinus et Vivianus gg., ad reddendum annuatim eisdem per libellum den. VI et dimidium Luc. monete et star. XVIIII[em] vini musti. Item unam aliam petiam terre, q. est in dicto pleberio, u. d. Paialla. Manu Guilielmi not. (A) M°C°LXXXI°, XVIII° kal. decenbris ».

*Regestum B, c. 56 v.*

1451. *Lucca, 24 Dicembre 1181.*

Gerardus iudex qd. Moreccii et Soffredus qd. Morectini et Albertinus Cittadine Luc. causarum consules et treuguani, infra Luc. civ., intus eccl. S. Sentii, residentes, bonorum virorum presentia quorum nomina supter leguntur, investierunt Bernardinum missum eorum, quatinus per eorum parabolam et ex eorum parte et ex publica Luc. civ. auctoritate corporaliter mitteret in tenere et in possessione Miloctum advocatum eccl. S. Martini pro ipsa eccl. in tribus casis cum vineis et olivis et silvis et canpis, que sunt in l. Domethano u. d. Sala, una quarum est capanna, quas Bornectus, Petrus et Baroncellus[1] comparaverunt a Guilielmo qd. Brunichi[2] et quas suprascriptus advocatus pro eccl. S. Martini ab eisdem Bornecto, Petro et Baroncello requirebat, et ipsi, requisiti una vice pro tribus, ad iustitiam faciendam venire contempserunt; tali lege atque tenore, quod si dehinc ad unum

proximum annum venerint ad iustitiam faciendam, dato convenienti pignore in manus consulum et treuguanorum, ad eorum voluntatem, et reddito primum quod pro hac investitione datum est, silicet sol. v pro dato civ. et v den. missorum et sol. II de carta ista et sol. IV pro equitaturis, hec possessio et teneris inmissio nichil eis noceat, ipsa eccl. senper habente et lucrante omnes fructus suprascriptarum domorum, vinearum, camporum et silvarum pro rata temporis. Si post annum venerint, dato pignore etc., et senper ante et post annum priusquam causa fiat vel rationem habeant, reddant totum quod pro hac investitione datum est, nisi in quantum consules et treuguani congnoverint, quod possessio et teneris inmissio fraudulenter petita sit in totum vel in partem; tunc de eo in quo fraudem admisit, nichil reddi faciant et fructus eo modo perceptos fraudatorem restituere cogant, et nisi visum fuerit consulibus et treuguanis quod per eandem eccl. malitiose stet, et post annum suprascripta eccl. commodo possessoris fungatur et predicti rustici honere petitorum graventur quia in rem agit, et salva ratione aliarum omnium personarum. Presentia: Pelegrini qd. Berlescie, Petri Calochie et Benectonis. A. MCLXXXI, IX kal. ian., ind. XV. Bernardinus venit ad suprascriptas domos et suprascriptum advocatum in tenere corporaliter misit. Turchius not. imp. scriba consulum et treuguanorum.

*Originale:* M. 7; *Regestum A, c. 2 v.*

[1] *Il Reg. A aggiunge:* De Baroncello fuit Florentia uxor Bencasani, qui intravit in masium predicti Baroncelli pro eccl. S. Martini. [2] *Il Reg. A aggiunge:* cum essent de masiis sive masia, que antiqui sui olim acceperant per libellum ab eccl. S. Martini et ipsi emerant per alodium a predicto Guilielmo.

1452. *1181.*

« Tenimentum datum a canonicis S. Martini Arlotto Mangagnori de predicta terra[1] Malaguisce et alia iuxta eam pro XXIIII star. grani, reducendis ad canonicam S. Martini, sine commestione, in mense ian.;[2] que tenet: caput in via publica, alterum caput cum latere in terra Ranucci Rodelossi, alterum (latus) in terra et media fossa Toscii. A. Domini MCLXXXI. Guilielmus astronomicus fecit cartam ».

*Regestum A, c. 27 v.*

[1] *Cf. il reg. n. 847, cui si riferisce.* [2] *Il ms. aggiunge:* quam prius tenuit Ravignanus calthorarius

1453. *27 Dicembre 1181.*

« Rolandus et Manente ad talem concordiam de quadam lite devenerunt, quod dictus Manente reddere teneatur annuatim

Luc. capitulo star. unum grani de terra de Fontanella. Manu Uberti not. M°C°LXXXII°, VI° kal. ianuarii ».

*Regestum B, c. 19 v.*

1454. *(Lucca, 26-31?) Dicembre 1181 (?).*

Quia, que in hoc seculo a secularibus constituuntur personis et maxime que a consulibus et civitatum rectoribus, facillime a mentibus hominum decurrerent, dignum est ut officium scripture in futturis reducerentur memorie. Universi, picturam presentis pagine videntes, fidem debent prestare, quod infra denotata omnia, ex prestita reverentia eccl. B. Martini, fidelibus ipsius eccl. suisque canonacis habitantibus in castro de Massagrosa et in eius curia et nominatim in villa de Gualdo et de Montisciano esse largita, indulta, et perdonata; cuius quidem descriptionis hec est regula: Nos Hermannus Uberti f., Lutterius qd. Bernardi atque Paganus qd. Ronthini f., huius Luc. civ. eiusque populi maiores Lucensium consules, et Gerardinus qd. Ricci, pro nobis et pro Rodulfino qd. Maliassi atque pro Baldinecto qd. Stulti f., nostris sociis Luc. consulibus, et pro Luc. civ. eiusque commune et pro honoris conservatione eccl. B. Martini, que caput est nostre civ., eiusque canonicorum et pro magnificis consiliis et adiutoriis nobis ab eisdem canonicis pro utilitate civitatis impensis et etiam pro receptione pecunie amplius L libr., quam pro deliberatione debiti civ. ab eis habuimus, data sub nomine hominum et personarum habitantium in suprascriptis locis, ex nostra parte et totius Luc. civ. auctoritate, deliberamus homines et personas omnes modo vel in antea habitantes in castro de Massagrosa et in tota eius fortia et curte, et presertim in villa de Gualdo et de Montisciano ab honere omni et mola dati seu prestantie nostre civ. dande et ab omni alia exactione eis imponenda, sub nomine dati seu prestantie, excepto eo anno, quo Luc. cives et burgenses communiter datum vel prestantiam dederint, tunc ipsi datum et prestantiam dare possint eo modo et ordine, quo Luc. cives et burgenses dederint et non aliter; et a tali exactione eos deliberamus, obligantes nos nostrosque successores et Luc. civ. hec omnia eis perpetuo firma et rata tenere et observare, precipientes hanc cartam, ex nostra parabola descriptam, publico Luc. civ. sigillo fore signatam; et Bonumfilium not. imp. hec scribere rogaverunt; presentibus tt., ad hoc convocatis: Rolando iurisperito de S. Andrea et Martino et Siro magistris. Hec data et statuta fuere in domo nova canonicorum, iuxta canonicam. A. MCLXXXII, mense dec., ind. XV.[1] Bonusfilius not. imp. et Luc.

civ. canc. hec, ex precepto maiorum Luc. consulum, publicis litteris describere, magne et comprobate utilitatis fore decrevi.

*Originale:* BB. 31. *Frammento di sigillo cereo. Copia cart., sec. XVII, nel cod. dell'arch. Capit.:* P ✠ XII, c. 125; *copia cart., sec. XVII, arch. Capit.:* Y, 1°, n. 13; *copia cart., sec. XVII, arch. Capit.:* Banco XVIII, busta VI. *Quest'ultima copia ha in fine:* Sigillum pendet crassiori totum e cera durissima compactum, cordulis albi et crocei coloris, in cuius medio eques, armatus lorica, ense et clypeo et signo bellico, equo insidet, cum hac inscriptione circumducta: LUCA POTENS STERNIT SIBI QUE CONTRARIA CERNIT.

1 *L'ind. greca XV corrisponde al dicembre 1181.*

1455. *Lucca, 15 Gennaio 1182.*

A. MCLXXXII, XVIII kal. febr., ind. XV. Ego Ficarellus qd. Ciabatti per hanc cartulam, nomine antefacti, dono et trado tibi Buitesi naturali sponse mee et filie Ugolini Bonfantis unam petiam de terra, q. est campus, in l. et fin. Marlia u. d. Ceppeto, et tenet: unum caput cum uno latere in terra et media fossa filiorum qd. Miliorecti, aliud caput in terra et media fossa * *, aliud latus in terra Paganelli. A te recepi in dotem, libr. XIV Luc. den. et meritum, anulum aureum. Pena dupli et (arg.) XX libr. Luc. den., et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et alterius potestatis, si que pro tempore Luce prefuerit. Act. Luce, in domo suprascripti Ugolini. Ficarellus hanc cartulam fieri rogavit. Ronciliatus qd. Ildebrandini, Cecius f. Villani tt. interfuerunt manusque imposuerunt. Guilielmus not. imp.

*Originale:* I. 7. *Nel verso, di mano dello stesso* Guilielmus*:* Antefactum Buitesi.

1456. *Lucca, 29 Gennaio 1182.*

A. MCLXXXII, IV kal. febr., ind. XV. Manifesti sumus nos Henrmannus qd. Paganelli atque Paganellus et Ildebrandinus gg. qd. Ugolini, quia vos Inghifredus sacrista, Matheus camararius, Benedictus atque Guido presbiteri, Romeus, Pandulfus, Arigus diaconi atque magister Henrmannus subdiac. concanonici eccl. S. Martini per cartulam libell. nom. ad censum perexsolv. dedistis nobis, Henrmanno recipienti pro Guelfo, Lotterio aliisque meis filiis, quartam portionem sexte portionis, quam qd. Guidolottus qd. Alberti detinuit a suprascripta vestra eccl., de monte et podio et castello, quod. v. Porcari, et de eius burgo eiusque curte, et de omnibus terris cultis et incultis seu agrestis, pratis, passcuis, virgareis seu palludibus, quę sunt loco Capannore vel Paganico seu Gragnano aut in aliis quibuscumque locis vel vocabulis, ad predictum castellum et curtem pertinentibus. Exce-

pestis vobis et ad vestre eccl. hutilitatem reservastis terram, quam Bongius tenet a vobis, unde annuatim reddit vobis IV sol. Luc. den., cum alia media cultra terre, quam a vobis in eodem l. tenet Uguicio Buscia de Capannore, que tota simul conprehensa tenet: unum caput in terra filiorum qd. Disfaciatis, aliud in terra, q. modo laboratur per ecclesiam S. Iohannis de capite Burgi, latus unum in terra suprascripte eccl. S. Martini, alterum in terra Alcleri Vecchi. Item aliam petiam de terra, canpo, quę est una cultra, prope molinum, qui d. ad Malum Tempus, quę tenet: unum caput in via publica, aliud cum uno latere in terra, q. modo laboratur per filium qd. Benectonis, alterum latus in terra quam tenet Gratianus medicus. Item excepistis vobis et reservastis unam cultram de paliareto, que est una cultra vel si minus est et non plus, loco u. d. * *, sicut est per capita et latera. Item terras, quas evincistis loco u. d. Caviliana vel Mosci, sicut per capita et latera continetur, unde annuatim recolligitis, ut dicitur, decem staria grani. Suprascriptas terras excepestis cum alia terra, quam Aldimari[1] obligaverat abatie de Potheolle. Item excepistis vobis et reservastis de iure patronatus omnium ecclesiarum in castello et curte de Porcari existentium, quantum vobis pro eccl. S. Martini pertinet; de quo nobis nichil locastis; quatinus sit in nostra Paganelli et Ildebrandini gg. et Guelfi et Lotterii aliorumque meorum filiorum eorumque et nostrorum heredum potestate quartam portionem sexte portionis de omnibus terris etc. habendi atque fruendi. Vobis vestrisque successoribus per singulos annos, qualicumque die in mense ian., vobis aut secrestano,[2] q. pro tempore in vestra canonica fuerit, Luce, apud canonicam, reddere debeamus sol. XL Luc. den. Pena: arg. C libr. Luc. den. et consulum et treuguanorum presentium et futurorum vel alterius potestatis, que Lucam distringeret. Duo libelli. Act. Luce, in capitulo eccl. S. Martini. Prefati gg. et Henrmannus pro suis ff. hanc libellarii cartulam fieri rogaverunt. Rolandus iudex qd. Guamignani, Luchese f. Gratiani magistri lignaminum atque Miliarettus qd. Neri huic contractui tt. interfuere manumque inposuere. Ubertus not. imp.

*Originale:* M. 44.

[1] *Il passo* alia terra, quam Aldimari *è su rasura.* [2] secrestano *è scritto su rasura.*

1457. *29 Gennaio 1182.*

« Assignatio terre pro uno modio decime inter granum et milium per medium[1] ab Hermanno qd. Paganelli et Paganello et Ildebrandino gg. qd. Ugolini; que terra est in cappella

S. Cassiani de Vico u. d. Campus Carboni; que tenet: caput in via publica, alterum in terra Deolopasci, latus in terra Albertini Marchesini de Burgo, alterum in terra Ceci qd. Dettisalvi de capite Burgi; tali pacto facta est hec carta, ut predicti canonici debeant tantum unum modium recolligere inter granum et milium et non plus, nisi aliquo tempore canonica probaverit quod debeat esse totum granum; tunc unum mod. grani recolligat de predicta terra; et etiam pacto, quod si germani vel eorum heredes voluerint vendere predictam terram, quod possint, set debeant assignare in plano Luc. tantam terram, unde bene possint recolligere predictam blavam. A. Domini MCLXXXII°, quarto kal. februarii. Ubertus not. ».[2]

*Regestum A, c. 6.*

[1] *Il ms. aggiunge:* a descendentibus supradicti Rodilandi *(cf. il reg. n. 84),* scilicet ab Hermanno *etc.* [2] *Il ms. aggiunge:* Credo ego, quod ipsi Porcarie(n)ses predicti, cum redderent nobis XXVI star. grani de terris de Vinethule, prope Magritulam, sicut supra dixi *(cf. il reg. n. 83),* deceperunt nos, et dixerunt illa XXV *(corretto da* XXIIII*)* star. grani esse decimam et ita de I mod. grani et II star., quod est affictum, dant predictam decimam. Hanc terram tenet a nobis Guido Maire, unde nobis reddit XII star. grani et XII milii, et Porcariensibus VI star. *Nel margine, di contro a questo doc., da mano coeva:* Require in sacco de Selce et S. Bartolomei, de terris de Campo Albo et Vinethule et Magritula et Campo S. Mar(i)e, que hic ponenda sunt.

1458. *26 Febbraio 1182.*

« Continetur in quodam alio instrumento,[1] scripto manu Petri not., a. MCLXXXII, IIII kal. mar., nomina hec: Rodolfinus qd. Maliassi, Tedalgardus et Lotteringus gg. qd. Tedici et Baldinocti filii[2] qd. Gottifredi et Guilielmus qd. Malestaffe et Bonastaffe qd. Aldibrandini et Guarinus qd. Ubertelli Gontholini et Napoleonis qd. Symeonis; in quo instrumento continetur quomodo sunt patroni ecclesie S. Iulie ».

*Regestum A, c. 26, scrittura di mano del sec. XIII.*

[1] *Cf. il reg. n. 93.* [2] filii *è nell' interlineo.*

1459. *Lucca, 5 Marzo 1182.*

A. MCLXXXII, III non. mar., ind. XV. Ego Pandolfinus qd. Pandolfini per hanc cartulam in permutationem seu in deganium dare et tradere videor tibi Matheo presb. et can. et camerario eccl. et canonice S. Martini, recipiente pro te et omnibus aliis confratribus tuis, ad partem ipsius eccl., unam petiam de terra, q. est campus cum pergoris super se, non procul a Luc. civ. u. d. Via Mediana; quae tenet: ambo capita cum uno latere in terra et media fossa suprascripte eccl.,[1] alterum latus in terra mea, quam mihi reservo.[2] Hanc petiam, q. est cum pert. mensurata una cul-

tra, una cum omni iure et actione et proprietate mihi pertinente, tibi, ad proprietatem suprascripte eccl., dare videor. Recepi a te in permutationem, ad proprietatem meam, quattuor petias de terris suprascripte eccl., quę sunt in l. et fin. Vaccole u. d. ad Fontanellam; prima est vinea, q. tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Blanchi qd. Bernardi, ambo latera in terra mea; secunda est ibidem, q. tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Guidotti et in terra Carratelle germanis mei, latus unum in terra Salamoncelli, alterum in terra suprascripti Carratelle; tertia est campus, in eodem l., quę tenet: unum caput in terra suprascripti Carratelle, alterum in terra filiorum qd. Bernardi, latus unum in via publica, alterum in terra mea; quarta est campus, ibidem, quę tenet: unum caput in via publica, alterum in terra suprascripti Salamoncelli, ambo latera in terra mea. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Actum Luce, intus claustrum suprascripte eccl. S. m. Pandolfini. S. m. Voluchii qd. Guidi, Nigri qd. Burnetti, Ugolini qd. Pascalis tt. Petrus not. imp.

*Originale:* P. 19; *Regestum A, c. 28; Regestum B, c. 18. Cf. il reg. seguente.*

[1] *Il Reg. A:* Commutatio canonice S. Martini cum predicto Pandulfino *(cf. il reg. seguente)* de una cultra *etc.*, quam dedit nobis *etc.*; que tenet: ambo capita cum uno latere in supradicta terra, quam tenuit ipse et frater et predictus Rolanduccius *(cf. il reg. n. 1217)* a nobis. [2] *Il Reg. A: aggiunge:* quam postea vendidit primicerio Damiano, et ipse obtulit sacrestie nostre.

1460. *Lucca, 5 Marzo 1182.*

Breve ad futuram demonstrationem, qualiter in Luc. civ., intus claustrum S. Martini, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius scripta inveniuntur, Pandolfinus qd. Pandolfini per cartam, quam in sua detinebat manu, fecit finem et refutationem et perdonationem atque transactionem in manu Mathei presb. et can. et camerarii eccl. et canonice S. Martini, recipiente pro se et omnibus aliis suis confratribus, de omni iure et actione, tenimento seu libellaria, usu et derictu atque melioramento, quod ei pertinebat de medietate unius petie de terra pro indiviso, quę est campus cum pergoris super se,[1] quę est non procul a Luc. civ. u. d. Via Mediana, quam detinebat a suprascripta eccl., unde solitus erat reddere annuatim de sua portione suprascripte eccl. star. IX grani et star. IV et dimidium de fabis. Pena: arg. libr. X, insuper consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret, et post huius pene solutionem finis instrumentum suam firmitatem obti-

neat, sub eadem pena et obligatione. Pro quibus confessus fuit se recepisse a presb. Matheo star. XXVII de grano et star. XIII et dimidium de fabis, quod fuerunt estimate libr. XIV den. Luc. In presentia: Voluchii qd. Guidi, Nigri qd. Burnecti, Ugolini qd. Pascalis. A. MCLXXXII, III non. mar., ind. XV. Supradicti homines ibi fuere. Petrus not. imp.

*Originale:* P. 11; *Regestum A, c. 28.* *Cf. il reg. precedente.*

[1] *Il Reg. A:* Refutatio a Pandulfino qd. Pandulfini de media parte unius cultre et dimidium, que data fuit per libellum Peco et Stephano.

1461. *Lucca, 10 Marzo 1182.*

A. MCLXXXII, VI id. mar., ind. XV. Nos Pandolfinus qd. Pandolfini et Mabilia eius uxor et filia Rainolfi, mihi Mabilie consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Bonincontri et Frederici gg. qd. Bernarducci propinquiorum meorum, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Damiano presb. et can. eccl. S. Martini, ad tuam proprietatem, unam petiam de terra, q. est campus, non procul a Luc. civ. u. d. Via Mediana, quę tenet: unum caput in terra Bonatini Arcorarii, alterum in terra suprascripte eccl. et in terra Uberti qd. Castaldi, latus unum in terra suprascripti Bonincontri, alterum in terra suprascripte eccl., quam dedimus ei in permutationem pro terris de Vaccole u. d. ad Fontanellam. Hanc petiam, q. est cum pert. mensurata una cultra et IV scale et una quarra scale, una cum omni iure et actione et proprietate nobis pertinentes, tibi eam vendimus et tradimus et cessimus atque mandamus. Recepimus pretium, libr. XLI et sol. VIII den. Luc. monete. Repromittimus nos tibi tuisque heredibus, ut si nos intentionaverimus et non defenderimus, spondemus componere venditionem in duplam et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. Luce, in domo nostra, prope suprascriptam eccl. S. m. iugalium, Pandolfinus uxori suę consensit et propinqui ibi fuerunt eamque interrogaverunt. S. m. Albertini Citadine, Bonacolti qd. Sabbatini, Melotti f. Andree tt. Petrus not. imp.

*Originale:* P. 4; *Regestum B, c. 6 v.* *Nel verso della carta, da mano del sec. XII:* Compera a Pandolfino, de terra de Via Mediana; *poi segue, di mano del sec. XII-XIII:* per Damianum primicerium.

1462. *11 Marzo 1182.*

« Laudamentum inter canonicam S. Martini et Bertraimum qd. Gerardi, de Cantone Bretti,[1] de terra de Mugnano, quam te-

nebat a canonica nostra; per quod laudatum est, ut redderet de predicta terra star. IIII^or grani nobis in aug., habendo panem et vinum, qui blavam reduxerit. A. Domini MCLXXXII° ».

*Regestum A, c. 23 v; Regestum B, c. 8.*

[1] *Il Reg. B:* Bertraymus qd. Gerardi de Mungniano tenetur reddere capitulo S. Martini annuatim star. IIII^or grani. Carta manu Uberti not. (A.) millesimo centesimo LXXXII°, V° id. martii. Quod granum modo reddit monasterium de Guamo predicto capitulo.

1463. *17 Marzo 1182.*

« Bonaccursus rector hospitalis et eccl. S. Alluccii tenetur reddere eccl. et capitulo S. Martini de una petia terre, q. est boschus; in l. Cerbaria u. d. Rivus de Buiti, annuatim nomine libelli, sol. tres den.; carta manu Uberti not. (A.) millesimo centesimo LXXXII, XVI kal. aprelis ».

*Regestum B, c. 81 v.*

1464. *Velletri, 25 Marzo 1182.*

Lucius (papa). Cecilie abbatisse mon. S. Marie de Pontetecto eiusque sororibus, regularem vitam professis. Ex litteris predecessoris nostri Pascalis cognovimus quod Bonus Amici f. et Umbrina, q. tunc temporis in eodem mon. abbatisse officio fungebatur, iuxta Pontemtectum, devotionis intuitu, xenodochium construxerunt et sub custodia et provisione abbatisse, q. pro tempore eidem loco prefuerit, constituerunt perpetuo permansurum, quam constitutionem idem predecessor noster confirmavit. Et nos, ipsius et Eugenii pp. vestigiis inherentes, prefatum hospitale sub b. Petri et nostra protectione suscipimus, statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona hospitale possidet, aut in futurum poterit adipisci, firma vobis et illibata permaneant. Prohibemus, ut nemini umquam facultas sit eandem hospitalem domum a predicti mon. iure ac provisione divellere. Fratrem, cui domus cura commissa fuerit, si culpabilis apparuerit, liceat vobis amovere et alium idoneum substituere. Eccl. B. Marie, q. iuxta xenodochium sita est et iamdicti cenobii iuris esse cognoscitur, vobis confirmamus, et ut in vestra potestate ac dispositione, absque alicuius contradictione, permaneat, sanccimus. Decernimus, ut nulli hominum xenodochium temere perturbare, depredationes illic vel assultus facere etc. (liceat), salva Sedis apostolice auctoritate et diocesani ep. canonica iustitia. Dat. Velletr., per manum Alberti S. R. Eccl. presb. card. et canc., VIII kal. apr., ind. XV, a. M°C°LXXXI°, pontif. Lucii pp. III a. I.

*Originale:* AA. 32. *Sigillo di piombo, perduto. Barsocchini, Mem. e Doc., V, par. III, 691, n. MDCCCXXVIII; Jaffé, n. 9467; Jaffé-L., n. 14618; Kehr, Italia Pontificia, III, 456, n. 5.*

1465. *Lucca, 29 Aprile 1182.*

A. MCLXXXII, III kal. madii, ind. XV. Ego Busciorus qd. Ubertelli per hanc cartulam vendo et trado tibi Malafronti qd. Bordelle unam petiam de terra, q. est vinea cum olivis et quercetum, l. et fin. Moriani u. d. Corregialla, tenentem: unum caput in terra et sepe Beni qd. * *, aliud in terra et rivo, qui d. Molerna, latus unum in terra Cigolini cum medio rivo, alterum in terra Aiconis. Hanc petiam, simul conprehensam, tibi vendo et trado; ita tamen, quod eam mihi per tenimentum relinquere debeas et ego et mei heredes tibi tuisque heredibus reddere debeam in vendemia VI star. boni vini musti, tractum et missum in tua butte apud castrum de Moriano, recto ipsius loci[1] stario venditorio et ita tibi promitto et convenio. Profiteor a te pretium recepisse, libr. III Luc. den. Pena dupli, insuper consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret, et consulum vel potestatis ipsius loci Moriani. Act. Luce, in domo suprascripti Malafrontis, prope eccl. S. Iulie. Busciorus hanc cartulam fieri rogavit, et suprascriptum vinum reddere et ita se suosque heredes obligavit. Insuper per stipulationem promisit et convenit Malafronti, quod, si ipse Malafronte vel sui heredes rationabiliter vel per civitatis usum de predicta terra venerit in dampnum vel menimantiam, ita quod predictum vinum habere non potuerit, quod in tantumdem habeat regressum super aliis eius bonis ei iure pingnoris sub predicto modo obligatis et sub omnibus suprascriptis penis. Iohannes qd. Deotisalvi atque Guinithellus qd. Guinithi tt. interfuere manumque inposuere. Ubertus not. imp.

*Originale:* F. 114.

1 ipsius loci *è scritto su rasura.*

1466. *Aprile 1182.*

Fantone qd. Iohannis et Ubertellinus qd. Caromi dixerunt et recordati sunt, quod Signorile in eorum presentia iudicavit eccl. et mon. S. Bartholomei pro anime sue remedio duo star. de fabis et unum de grano, ut mon. annuatim habeat predicta III star. de blava de una sua petia de terra, q. est campus cum arboribus, in l. S. Margarita u. d. Renaio; que tenet: unum caput cum uno latere in terra Buthinca, alterum caput in terra S. Michaelis de Foro, alterum latus in terra Rolandi et Salamonis; Fantone et Strappa cum Genoese fratre Signorili per illam potestatem, quam eis dedit Signorile de suis bonis pro anima sua, firmaverunt suprascriptum iudicium, ut eccl. et mon. haberet annuatim predicta III star. et qui adducet blavam debet habere

panem et vinum. Hec acta sunt presentia: Tassignani qd. Henrigi, Ricci qd. Paganucci, Truffaldi qd. Ranucci. A. MCLXXXII, in mense apr., ind. XV. Suprascripti homines ibi fuere. Gottefredus not. imp.

*Originale:* L. 96.

1467. *Canonica di S. Martino (Lucca), 7 Maggio 1182.*

Breve ad futuri temporis memoriam, qualiter hoc actum est in canonica eccl. S. Martini, bonorum virorum presentia nomina quorum denotabuntur in subiectis, Bencasanus qd. Villani atque Florentia iugalis eius et filia qd. Baroncelli, consentiente sibi viro suo, interveniente notitia Thoccoli sacri pal. iudicis, a quo interrogata est secundum edicti paginam, fecerunt finem, refutationem atque transactionem in manibus Mathei presb. et camarari canonice S. Martini, pro canonica recipienti, de omni iure, actione et[1] repetitione melioramenti aut proprietatis eis pertinente per conperam vel alio modo de quarta portione unius mascii, quod est loco Domethano u. d. ad Sala, sicut per capita et latera continetur, quam Baroncellus pater Florentie, cum esset tenimentarius Guilielmi qd. Brunichi, ab eo emit, ut in cartula inde scripta manu * * not. continetur, et iamdictus Guilielmus Brunichi tenebat ipsum mascium a canonica. Et pro suo dato vel facto iamdicto Matheo eiusque successoribus ab omni homine actores et defensores esse promiserunt et ita se ac suos heredes obligaverunt, sub pena CCC sol. Luc. den. et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Presentia: Neri qd. Brunecti, Milotti f. Andreę, atque Viviani qd. Guiduci. A. MCLXXXII, non. madii, ind. XV. Prefati homines ibi presentes fuere. Zoculus iudex ordinarius inp. interfui et auctoritatem prestiti ideoque ss.[2] Ubertus not. imp.

*Originale:* M. 9; *Regestum A, c. 2 v.*

[1] et *è nell' interlineo.* [2] Zoculus *si sottoscrisse dopo nello spazio lasciato in bianco.*

1468. *Anchiano (Lucca), 23 Maggio 1182.*

A. MCLXXXII, X kal. iun., ind. XV. Nos Manfredinus qd. Pithi et domina Righelda eius uxor et filia qd. Ildebrandini, consentiente mihi Righelde viro meo, ubi interesse videtur notitia Sofreduci qd. Enrigi Palie avunculi mei atque Enrigi primi consobrini mei et fili suprascripti Sofreduci, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus vobis Matheo et Benedicto calonacis calonice S. Martini

Luc. episcopati, ad partem et utelitatem prefate calonice, nostram portionem de una casa et cassinis seu casalinis simulque terris et rebus cultis et incultis, domnicatis et massaritiis in l. et fin. Domethano u. d. Campo, que recte et laborate sunt per Nerum manentem qd. Bruni in ea residentem; et omne ius et actionem, quod vel que habemus et nobis pertinent, de nostra portione suprascripte massaritie damus, tradimus, cedimus atque mandamus. Pro qua vendictione confitemur abere libr. v Luc. den. Pena dupli et mille sol. Luc. den. et sub pena consulum et treguanorum Luc. vel alterius potestatis, que Luce dominetur. Act. Anclano. S. m. iugalium, Manfredinus uxori sue consensit, Sofreducius avunculus et Enrigus frater consobrinus Righelde eam interrogaverunt ibique fuerunt. S. m. Bellomi et Roccolini gg. ff. Sighiroli, Orlandini qd. Butheche tt. Gerardus imp. not.

*Originale:* M. 34. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Gerardus: Sciendum est, quod iugales interrogati fuerunt que portione eis pertinebat, et ipsi dixerunt quod nesciebant, sed quicquid eis exinde pertinebant, illud vendebant.

1469. *15 Giugno 1182.*

« Sacramentum fidelitatis predictorum dominorum[1] de Boçano, scilicet: Soffreduccii,[2] Rosulii[3] et filiorum eius, scilicet: Guidi et Ugolini,[4] Paganelli et Rolandi gg. qd. Tiniosi et Ubaldi qd. Clavelli. A. Domini MCLXXXII°, XVII kal. iulii.[5] Guilielmus not. fecit cartam ».[6]

*Regestum A, c. 1; Regestum B, c. 82.*

[1] *Cf. il reg. seguente, cui si riferisce.* [2] *Il Reg. B:* Soffreduccius qd. Ubaldi [3] *Il Reg. B:* Rosullius qd. Opithi [4] *Il Reg. B:* Guido et Ugolinus qd. Rosullii [5] *Le parole* XVII kal. iulii *furono aggiunte da mano coeva nel margine.* [6] *Il ms. aggiunge:* De Ugolino Rosulii uxor Blancardi de Molonio et uxor Meçolonbardi de Castello; de Guido Lungo *(*Lungo *è nell' interlineo)* fratre eius, Iacobus et Suffreduccius; de Paganello nullus; de Rolando, fratre eius, Bernardinus; de Ubaldo Clavelli nullus *(*nullus *è nell'interlineo)*; de Guido Clavelli Armannus iudex, qui non habet filium, et Ubaldus Gioia; de Suffreduccio Guido Roncone et Guilielmus de Cinisiana.

1470. *Bozzano (Lucca), 16 Giugno 1182.*

Soffreducius qd. Ubaldi et Rosulius qd. * * et Guido et Ugolinus[1] ff. suprascripti Rosulii, consentiente iamdictis Guidoni et Ugolino eorum patre, et Paganellus[2] et Rolandus gg. et ff. qd. Tinniosi et idem Rolandus pro Guidone qd. Clavelli et Ubaldus qd. suprascripti Clavelli per cartam, quam in suis detinebant manibus, fecerunt finem et refutationem et perdonationem et transactionem in manus Inghifredi presb. et Pandulfi diac. canonicorum eccl. B. Martini Luc. episcopatus, recipientium ad partem eccl. canonice et totius capituli, de omni iure et actione,

locatione, libellaria, tenimento, uso, dericto et melioramento, que habebant et eis pertinebant de medietate de monte et podio de Rogio, qui iam fuit castrum, et de eius curte cum suis pertinentiis et adiacentiis, quam Soffredus qd. Ubaldi a canonica per libellum recepit, ut continetur in cartula scripta manu Guidi not. imp. Et convenerunt et promiserunt canonicis, quod nec ipsi nec sui heredes non litigabunt nec molestabunt canonicam, nec aliquem canonicorum suprascriptam medietatem vel aliquid de medietate, ad penam mille libr.[3] Luc. den., consulum quoque et treuguanorum et alterius potestatis, si qua pro tempore Luce prefuerit; et pena soluta, hoc instrumentum semper in suo permaneat robore. Insuper hec omnia per stipulationem convenerunt et promiserunt observare, sub eisdem penis. Et ex his omnibus Rolandinum qd. Malaprese, Antelminum f. Antelminelli, Gualandum iudicem qd. Manfredi, Porcellum qd. Manducalihomini et aliorum multorum testes fieri rogaverunt predicti Soffreduccius etc. Rolandus pro se et Guidone absente, in quorum presentia et testimonio hec acta fuerunt in confinibus Boçani, in silva q. d. Valenthani. A. MCLXXXII, XVI kal. iul., ind. XV.[4]

*Originale:* M. 10; *Regestum A, c. 1.*

[1] *Il Reg. A ha nell'interlineo:* de quo femine [2] *Il Reg. A ha nell'interlineo:* de quo nullus [3] *Corretto da* sol. [4] *Segue il Reg. n. 1476.*

1471. *17 Giugno 1182.*

Nos Inghifredus presb. et Pandulfus diac. canonici B. Martini Luc. episcopatus, vice archipresbiteri et totius capituli canonice suprascripte eccl., per novum feodum investimus vos Soffreduccium qd. Ubaldi, Rosulium qd. Opithi[1] et Guidonem et Ugolinum Rosulii filios, consentiente prefatis ff. Ru(su)lio eorum patre, et Paganellum et Rolandum gg. et ff. qd. Tinniosi et eundem Rolandum pro Guidone qd. Clavelli recipientem et Ubaldum g. eiusdem Guidonis Clavelli, quati(nus) vos vestrique heredes[2] per novum feudum habeatis et detineatis medietatem de monte et podio de Rogio, qui iam fuit castrum, et eius curte cum omnibus suis pertinentiis et adiacentiis que Soffredus qd. Ubaldi a canonica per libellum recepit; ita tamen quod etiam pro suprascripto feudo singulis annis in mense ian. sol. XX Luc. monete in canonica prefate eccl. canonicis reddatis. Si a vobis aut aliquis ex[3] descendentibus a vobis, infra XXX dies post inquisitionem a canonicis factam, sacramentum fidelitatis, ut continetur in brevi scripto manu Guilielmi not. imp., canonicis non iuraverit aut partem suam pensionis XX sol., secundum quod eum contigerit, canonicis predicto l. et modo non reddiderit, eius portio feudi ad canonicam libere rever-

tatur. Presentia: Rolandini Malaprese, Gualandi iudicis qd. Manfredi, Antelmini f. Antelminelli, Porcelli qd. Manducaliomini et aliorum multorum. A. MCLXXXII, XV kal. iul., ind. XV.[4]

*Originale:* M. 10; *Regestum A, c. 1, con la data 1182 agosto 4; Regestum B, c. 82 v. Nel verso della carta, da mano del sec. XII-XIII:* Investitio novi feudi facta consortibus de Boçano pro sol. XX.

1 Opithi *fu scritto dopo nello spazio lasciato in bianco.* 2 *Nelle formule ripetute si ha:* vos vestrique heredes masculi, ex legittima uxore nati, per feodum predictam medietatem habeatis et detineatis. *Il Reg. A:* Carta feudi *etc.* tali conditione, ut ipsi (Soffreduccius *etc.*) et eorum heredes masculi, ex legitima uxore nati, hoc feudum habere debeant *etc.* 3 aliquis ex *è scritto su rasura.* 4 *Segue il reg. n. 1477.*

1472. *Lucca, 23 Giugno 1182.*

A. MCLXXXII, IX kal. iul., ind. XV. Ego Matheus presb. et can. atque camerarius eccl. et canonice S. Martini Luc. episcopatus, cum consilio et accordamento Ugonis archipresb. et Benedicti et Inghifredi atque Guidonis presbiterorum et magistri Pandolfi et Henrichi Tasche confratrum meorum, et omnium aliorum canonicorum, per hanc cartulam do et trado libertatem tibi Nigro qd. Burnetti et tuis omnibus filiis et filiabus, quos modo tu vel filii tui habetis vel habueritis, omnibusque ex tibi vel ex tuis filiis descendentibus, de manentia et de omni colonaria atque originaria conditione; damusque vobis liberam potestatem eundi, standi et habitandi ub(i)cumque vobis placuerit, tamquam bene liberis et absolutis hominibus ab omni manentia colonaria ascripticia atque originaria conditione. Et concedimus vobis omne vestrum peculium mobile et immobile, quod habetis vel habituri estis. Insuper vendo et trado tibi unam petiam de terra suprascripte eccl., q. est vinea cum casa et olivetum super se, per quam currit unam viam, et esse videtur in l. et fin. Domethani u. d. ad Campum; quę tenet: unum caput in rivo Canale, alterum in terra suprascripte eccl., quam detinet Martinus, latus unum in terra suprascripte eccl., quam detinet Befforus qd. Iohannis et Maiorus, et in terra quam detinet Accursus, alterum in terra, quam detinet predictus Martinus et in suprascripta via, quam vadit per ipsam terram. Predictam petiam, una cum omni iure et actione et proprietate, pertinente suprascripte eccl., tibi vendo et trado et cedo atque mando. Pro quibus recepi pretium libr. XXIV den. Luc. monete, quos dedi pro utilitate suprascripte eccl. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret, ac libr. XX arg., et post penam solutam omnia firma et rata permaneant, sub predictis penis. Act. Luce, intus claustrum suprascripte eccl. Matheus hanc cartulam fieri rogavit, et suprascripti confratres interfuerunt

eique consilium dederunt et accordaverunt. S. m. Nigris qd. Benectori, Benectori qd. Constantini, Gerardi f. Frangi tt. Petrus not. imp.

*Originale:* M. 27.

1473. *Lucca, 26 Giugno 1182.*

Brevis, memorie causa descriptus, qualiter hoc actum est Luce, intus canonicam eccl. S. Martini, bonorum virorum presentia nomina quorum denotabuntur in ultimis; lis sive causa, q. vertebatur inter Albertinum advocatum eccl. S. Martini, agentem pro ipsa eccl., ab una parte, et Bolsum adultum f. qd. Ugolini et nepotem Thucchi,[1] agentem pro se et Arigo g. suo et pupillo qd. idem Ugolini, ab altera parte, commissa est ad diffiniendum per arbitrium in Iacobum causidicum f. Cervasii ab utraque parte et invicem inter se investitionem dederunt advocatus obligando canonicos et Bolsus cum consensu et a(u)ctoritate Lanberti Terribili sui procuratoris et sui g. tutoris et ipse tutor pro suo pupillo obligavit se ac suos heredes, sub pena mille sol. Luc. den. et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum vel alterius potestatis, que Lucam distringeret, quod firmum et ratum habebunt et tenebunt omni tempore quicquid Iacobus inde dixerit vel laudaverit. Lis talis erat: Petebat dictus advocatus unam petiam de terra, q. est ortus cum capanna super se et arboribus, que est una quarra per mensuram, loco Pulia, tenente: unum caput in via publica, aliud in terra quam tenet Lambertus suprascriptus, latus unum in terra Pascii de Pulia, alterum in terra quam tenet Ubertus Gerardi Fralmi; quam petit ut propriam suprascripte eccl., quia dicebat Thuccum per IV annos continuos retinuisse inde contumaciter pensionem; dicebat etiam libellum de ipsa terra esse finitum in persona Thucchi avi eorum (gg.), ut continetur in carta inde scripta manu Ugonis not. Item petebat ab eis, ut non inpedirent canonicis illam petiam de terra, quam detinebat Filipellus loco Mugnano, quę, ut Filipellus dixit postea, erat per mensuram duo cultre et dimidia, parum plus vel minus, et tenet: caput, ut dixit, in terra suprascripti Uberti et aliquantum in terra predicti Lanberti, aliud in fluvio Auseris, latus unum in terra filiorum qd. Benetti de Plothano, alterum in terra et media fossa Gerarduci terre. Item petebat ab eis decimationem terrarum, quas ipsi habent ab Ausere usque ad civ., (ab) eis per aliquot annos detentam, et ut de cetero eis reddant, et ut red(d)erent eis expensas teneris super eos facti, ut in carta Turcli not. continetur. Litem Iacobus, auditis utriusque partis[2] allegationibus et diligenter cognitis rationibus, sic per laudamentum diffinivit, dicens: In nom. Domini, amen. Ego laudo,

ut suprascripti gg. nepotes qd. Thucchi dehinc ad proximas kal. a(u)g. venientes recipiant a canonicis renovationem libelli de terra de Pulia in se et suos heredes, ad laudem utriusque partis sapientis, reddendo exinde annuatim pensionem IV sol. Luc. den., et dehinc ad proximum festum s. Reguli reddant eis expensas carte predicti teneris. Item laudo, ut faciant eis cartam refutationis et sui iuris dationem de terra Filipelli, in laude sui sapientis. Et laudo, ut deinceps reddant canonice decimationem de omnibus suis terris, quas habent infra predictos confines; et ab omnibus aliis petitionibus utramque partem absolvo. Presentia: Bonifatii qd. Ardicionis, Gerardi Faitinelli, Carfaletti qd. Villani atque Buthichi qd. * * et aliorum. A. MCLXXXII, VI kal. iul., ind. XV. Prefati homines ibi presentes fuere. Iacobus in hac carta iscribens auctenticat acta. Ubertus not. imp.

*Originale :* P. 62; *Regestum A, c. 15 v.* *Cf. il reg. seguente.*

[1] *Il Reg. A :* nepotem Tucchi de Camilliano [2] partis *è nell' interlineo.*

1474. *26 Giugno 1182.*

« Bolsus qd. Ugolini renumptiaverunt Luc. capituto terram de Mugnano, prope eccl. S. Michaelis; quam tenebat Filipellus. Manu Uberti not. (A.) MC octuagesimo II, VI kal. iulii ».

*Regestum B, c. 10.* *Cf. il reg. precedente.*

1475. *Fibbialla (dei Canonici), (Lucca), 29 Giugno 1182.*

[A. M]CLXXXII, III kal. iul., ind. XIV.[1] [Ego] Guido humilis cappellanus eccl. Dei et B. S. Petri de l. Fabbialla, communicato consilio consulum [et] vicinorum et eorum habito assensu, per hanc cartulam pro utilitate et melioratione dictę eccl., etiam in veritate cognita causa, inrevocabiliter vendo et trado tibi Benthio f. qd. Petri duas petias terrarum in confinibus Fabbialle; prima in l., qui v. Aomucghi *(?)*, in plano, et tenet: unum caput et latus in terra Bandini, aliud caput in terra S. Martini, aliud latus in terra filiorum qd. Paganuccii; alia petia a Poma, quę est vinea, et tenet: unum caput in terra S. Martini, aliud in terra Lutterii et eius consortum, latus unum in terra Pascii, aliud in terra Neri. Et do et cedo atque concedo et mando omne ius et omnem actionem utilem et directam michi in predictis terris pro eccl. competentem, ut tu tuo nom. de cetero iure proprio per te pro ea agas et experias contra omnem personam et locum. Et sic, me presente et presentia infrasc[ripto]rum testium, presb. Guido corporaliter precepit Corso qd. Martini, ut iret et pro predicto presbitero Benthum in possessionem mitteret; pro qua venditione in veritate et non spe future numerationis pretium a te pro eccl. me recepi[sse]

profiteor Luc. den. sol. xxxiv, [quos] [...] consulibus et vicinis [...] persolvi in terra, quam nuper comperavimus pro eccl. in *(?)* pla[no?] [...]. Quam v[en]ditionem si ego vel meus succe(s)sor [intentionaverimus?] et defendere non potuerimus, [spondeo], sollempni stipulatione a te interposita, componere tibi venditionem in duplum in ferquido l. Act. in l. Fabbialla. S. m. presb. Guidonis. [S. m.?] Iohannelli f. qd. [...], Ba[...] f. qd. Bronecti, Corsi f. qd. Martini, Ugolini f. qd. Bonifredi [tt.]. [Martinus imp. Frederici iudex et not.].[2]

*Originale:* A. 31.

[1] *L'ind. corrisponderebbe se fosse usato il computo pisano (= 1181).* [2] *Il nome del not. si legge nella* *corroboratio.*

1476. *Quiesa (Lucca), 4 Agosto 1182.*

Transactis[1] vero aliquot diebus, postea, scilicet pridie non. proximi futuri aug., ind. suprascripta, Guidus qd. suprascripti Clavelli fecit pro sua portione in manus eorumdem canonicorum, pro iamdicta canonica recipientium, finem et refutationem de omnibus predictis, sicuti aliquis predictorum suorum consortum fecerat, sub omnibus predictis penis; et hoc fuit in claustro abbatie de Quiesa, in presentia: Vulpastri f. prefati Porcelli, Carindonis qd. Bruni, Monaci qd. Lottierii, Dominichi qd. Magniani. Guilielmus not. imp., rogatus a prefatis Soffreduccio, Rosulio et Guidone, Ugolino et Paganello, Ro[l]ando pro se et Guidone Clavelli absente, hunc brevem descripsi.[2]

*Originale:* M. 10; *Regestum A, c. 1.* *Cf. il reg. seguente.*

[1] *Così prosegue il reg. n. 1470. È scritto sulla stessa carta, ma, pare, dopo.* [2] *Il Reg. A:* Facta est hec carta per Guilielmum not. astronomicum.

1477. *Quiesa (Lucca), 4 Agosto 1182.*

Postea[1] iam nominati Inghifredus et Pandulfus per novum feudum similiter investierunt Guidonem qd. Clavelli pro sua portione de terris et aliis rebus suprascripte medietatis, sicuti aliquis suorum consortum investiverant, et sub hac conditione: per omnia reddendo suam portionem predicte pensionis per se; ita sui heredes de legittima uxore nati ita fidelitatem eccl. iamdicte et canonicis faciant et partem sue pensionis reddant, sicuti aliquis suorum consortum convenit pro sua portione facere et reddere; et hoc fuit in presentia: Vulpastri f. suprascripti Porcelli, Carindonis qd. Bruni, Monaci qd. Lottieri, Monaci qd. Magniani. Act. in

l. Quiese, in claustro abbatie. (A.) MCLXXXII, prid. non. aug., ind. suprascripta. Guilielmus not. imp.[2]

*Originale:* M. 10; *Regestum A, c. 1.*

[1] *Così prosegue il reg. n. 1471. È scritto sulla stessa carta, ma, pare, dopo.*
[2] *Il Reg. A:* Guilielmus not. astronomicus fecit cartam.

1478. *17 Agosto 1182.*

Miloctus advocatus eccl. et canonice S. Martini, pro ipsa eccl., ab una parte, litigans et Gualandus iudex, ab alia, invicem inter se investitionem dederunt et Miloctus se et suos successores et prefatam ecclesiam, et Gualandus se et suos heredes obligaverunt, ad penam consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et alterius potestatis, si qua Luce pro tempore prefuerit, ac * * libr. Luc. den., quod quicquid infrascripti treuguani de lite infra posita, q. inter eos vertebatur, per sententiam dicerent vel laudarent, firmum haberent et ratum omni tempore tenerent. Lis talis erat: Petebat Miloctus decem et octo petiis de terris a Gualando; prima est vinea et olivetus cum casa super se, ubi habitat Corsus, que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra suprascripte eccl., quam tenet Bencasanus, et in terra, quam detinet Bornectus, et in terra, quam detinet Petrus, latus in via, alterum in terra, quam tenet Martinus de Campo, vel si aliter inventa fuerit; secunda est vinea et olivetus in l. u. d. Sondrio: caput (tenet) in terra, quam tenet suprascriptus Bencasanus et in terra, quam tenet suprascriptus Bornectus, et in terra, quam tenet suprascriptus Petrus, alterum in via publica, latus in terra suprascripte eccl., quam tenet Madius de Greppo, latus[1] in terra, quam tenet suprascriptus Bornectus; tertia est olivetus cum aliquantis vitibus super se ibidem: caput in terra qd. Guilielmi Carbonis, alterum in terra, quam tenet Amicus de Casati, latus in terra, quam tenet suprascriptus Bornectus et in terra, quam tenet suprascriptus Petrus, alterum in terra, quam tenet suprascriptus Bencasanus, vel si aliter invente fuerint; quarta est ibidem cum uno piro et fico: caput in terra, quam tenet Caimo, alterum in terra, quam tenet suprascriptus Bornectus, latus in terra, quam tenet suprascriptus Petrus, alterum in terra suprascripti Bencasani, vel si aliter inventa fuerit; quinta est vinea cum ficubus in l. u. d. sub Villa: caput in via publica, alterum in terra, quam tenet suprascriptus Martinus, latus in terra, quam tenet suprascriptus Bornectus, alterum in terra, quam tenet suprascriptus Bencasanus, et sua est, vel si aliter inventa fuerit; sexta est vinea et fichetum ibidem: caput in terra, quam tenet Martius et in terra, qua(m) tenet Leuccius, alterum in terra, quam tenet Caimo, latus in terra,

quam tenet Bencasanus, alterum in terra Luc. ep., quam tenet Bilincianus, vel si aliter inventa fuerit; septima est vinea et ficheto cum sorbo u. d. ad Vignale: caput in terra, quam tenet Bilincianus, alterum in terra illorum de Solaio, latus in terra S. Petri de Corsena et in terra filiorum qd. Rodulfi, alterum in terra, quam tenet Bencasanus, vel si aliter inventa fuerit; octava est terra agrestis u. d. ad Cruce: caput in terra, quam tenet Petrus, alterum in terra S. Laurentii, latus in terra, quam tenet suprascriptus Petrus, alterum (in terra), quam tenet Gerardinus de Monte; nona est vinea u. d. Rivangaio: caput et latus in rivo, alterum caput in terra suprascripti Corsi, alterum latus in terra, quam tenet Gerardinus; decima est silva in Monte: caput in terra suprascripti Bencasani, alterum in terra, quam tenet suprascriptus Madius, latus in terra, quam tenet suprascriptus Martius, alterum in terra suprascripti Bencasani; undecima est silva ibidem: caput in terra illorum de Octavo, aliud in terra, quam tenet suprascriptus Madius, latus in terra Luc. ep., quam tenet Ubertellus de Porcato, latus in terra, quam tenent Burnectus et Bencasano et Piero vel si aliter invente fuerint; duodecima est silva u. d. in Debbione: caput in Colle Mezana, alterum in sumo colle, latus in terra suprascripti Corsi, que fuit Vechi de Valle, latus in terra suprascripti Petri et Brunecti, vel si aliter inventa fuerit; tertiadecima est silva u. d. ad Pontem: caput in terra, q. fuit Rainerii de Stathone, alterum in terra Bornecti de Sala, latus in sulco de Ponte, alterum in terra Ugolini de Porcato; quartadecima est silva u. d. Vivaio: caput in via, aliud in terra, quam tenet Bornectus et Bencasanus, latus in terra, quam tenet Martinus de Campo, alterum in terra Guittonis de Foci, vel si aliter inventa fuerit; quintadecima est silva ibidem: caput in sulco, alterum in colle, latus in terra S. Stephani de Guliano et Vecchi, alterum in terra suprascripti Bornecti de Sala; sextadecima est silva ad Cerretum: caput in terra et Colle Gualduccii, aliud in via publica, latus in terra suprascripti Gualduccii, latus in terra Bonamichi g. Rodulfini de Monte; septimadecima est silva in Costa: caput in rivo, alterum in terra Tromberti, quam emit a Ranuccio de Stathone, latus in terra S. Petri de Corsena, quam tenet Cigus, alterum in terra S. Laurentii; octavadecima est silva a la Penna: caput in rivo, aliud in terra Balordi de Montem et in terra Bilinciani de Porcato, latus in terra, quam tenet Petrus de Sala, alterum in terra, quam tenet Iohannes de Monte, vel si aliter invente fuerint. E converso Gualandus petebat a Melocto, pro eccl. S. Martini respondente, XVIII star. grani vel presentem estimationem VI sol. per singulum star. et si tempore sententie vel laudamenti pretium

grani fuerit diminutum, petebat tantum granum vel nummos, quod compleat sibi ad rationem VI sol. per singulum star. Post sacramento calumpnie duplici facto III id. dec. Miloctus petebat suprascriptam primam petiam cum casa et vinea et olivetus super se, ubi habitat Corsus. Gualandus negabat reddere, set confitebatur habere et negabat ipsam terram tenere caput vel latus in terra S. Martini. Dicebat Melotus quod prima petia fuit eccl. S. Martini et pro eadem eccl. fuit detempta. Gualandus negabat, imo dicebat, quod Brunicus tenuit eam per suam et pater eius et filius. Dicebat Miloctus quod suprascripta terra fuit de manso S. Martini. Gualandus negabat. Dicebat Miloctus, quod fuit de manso, quod Guilielmus et antecessores eius tenebant. Gualandus confitebatur terram esse caput cuiusdam mansi, quem Guilielmus tenebat. Dicebat Meloctus, quod ille mansus, cuius Gualandus dicebat esse caput, tenebant ab eccl. S. Martini. Dicebat Miloctus, quod Guilielmus et sui antecessores soliti sunt reddere de illo manso, quem Gualandus dicebat esse caput, annuatim eccl. S. Martini sol. V. Gualandus negabat. Item Milotus petebat omnes terras, ut supra, et allegat, ut supra. Gualandus confitebatur omnes possidere et de illo manso esse, exceptis nonam et sextamdecimam et quedam particula prime petie, que est a latere terre, quam tenet Martinus et in capite ipsius terre habet Martinus. Dicebat Gualandus, quod nona petia fuit de manso Ubertelli de Stathone et habuit et tenuit eam pro Brunico et nepotibus. Miloctus negabat et uterque confitebatur, quod sextadecima fuit cambiata ad aliam petiam de manso predicti Corsi et uterque confitebatur, quod omnes predictas terras tenet Corsus pro Gualando. Litem legittime ventilatam et in Iacobum iurisperitum Gervasii f. et Gualteronem qd. Ghisalberti Luc. causarum consules et treuguanos ad diffiniendum per sententiam commissam, taliter finierunt, Iacobo ita dicente: In nom. Domini, amen. Ego Iacobus, litis cognitor, cum consilio et acordamento socii mei, litem per sententiam sic diffinio; Gualandum ut dehinc ad IV proximos menses restituat predictas terras Melocto, pro canonica, condepno, exceptis tribus petiis, quarum una est ad Rivangaio et est nona petia; secunda est ad Cerretum, que est sub silva et est sextadecima; reliqua est quedam particula, que est subtus domum Corsi et est a latere terre, quam tenet Martinus et in capite eiusdem terre habet idem Martinus; quarum trium petiarum, quia ecclesie S. Martini non fuisse cognosco, eundem Gualandum absolvo. Presentia: Paganelli qd. Ughi, Rainerii Truffe, Bonaiuncte qd. Ughi. A. MCLXXXII, XVI kal. sept., ind. XV. Guilielmus not. imp. scriba suprascriptorum consulum et treuguanorum.

*Originale:* M. 23; *Regestum A, c. 2 v; Regestum B, c. 9 v. Nel verso*

*della carta, da mano del sec. XII-XIII:* De Domessano. *Il Reg. A :* Sententia inter eccl. S. Martini et Gualandum iudicem de decem et VIII° petiis terrarum *etc.*, quas emerat a Luc. communi.

[1] *Così l'orig. per* alterum

1479. *20 Agosto 1182.*

Soffredus qd. More[ctini?] [pro?] se et Lamberto qd. Buosi et filio Marga tutorio (?) seu procuratorio nom. et cum assensu Lamberti Terribilis eorum mundualdi, faciens causa(m), petit ab Ugone advocato eccl. [S.] Michaelis de Miate, pro ipsa eccl. respondente, ut non inb[riget] sibi unam petiam de terra, q. est sterpetus, et est prope [...], et tenet: unum caput in via publica, qua itur ad eccl., aliud in via publica, qua itur ad fontanam, latus unum in suprascripta vinea, aliud a parte meridiei in via publica, q. est iuxta vineam Asquini; Ugo negat et asserit predictam eccl. suprascriptam terram possidere. Litem legittime ventilatam et in Iacobum iurisperitum Gervasii f. et Gualteronem qd. Ghisalberti Luc. causarum consules et treuguanos ad diffiniendum per sententiam commissam, cum Soffredus se et iamdictos pupillos et suos heredes et Ugo se et suos successores et eccl. invicem inter se obligassent, ad penam X libr. Luc. den. et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et alterius potestatis, si qua pro tempore Luce prefuerit, taliter finierunt, Iacobo dicente: In nom. Domini, amen. Ego Iacobus, litis cognitor, com consilio et accordamento socii mei, litem per sententiam sic diffinio: Ugonem, quia dictam eccl. in possessionem esse cognos(c)o, cum lis esset possessionis dicti sterpeti, a petitione Soffredi absolvo, sal[vo] iu[re prop]rietatis Soffredo suisque consortibus. Presentia: M[...] Viviani, Ugolini Scaffe et aliorum. A. MCLXXXII, XIII kal. sept., ind. XV. Guilielmus not. imp. scriba suprascriptorum consulum et treuguanorum.

*Originale :* L. 157.

1480. *28 Settembre 1182.*

Lambertus[1] et Rolandus gg. qd. Sornachi et Veltrus qd. Albertini pro se ipsis et pro tutela et mundualdia pro aliis filiis qd. Albertini, ab una parte, et Albertinus qd. Cittadini advocatus canonice S. Martini maioris Luc. eccl. pro ipsa eccl., ab alia parte, obligaverunt se et suos heredes atque successores et ipsos minores tenere firmum et ratum, sub pena consulum quoque treuguanorum vel alterius potestatis, que Luca(m) distringeret, et in pena L libr., laudamentum Rolandi iudicis qd. Guamignani de lite, q. inter eos erat, de terris, q. sunt in l. Verciano, quas tenuit Boldrone; quas Albertinus dicebat esse predictae ęccl. partim,

scilicet medietatem, ad proprietatem, aliam medietatem pro decima, quam illorum antiqui assignaverunt predicte ęccl. et recolligebant inde star. XXVI blave. Illi negabant predictas terras esse predicte ęccl., set predictum redditum confitebantur pro caritate et decima mandasse predicte ęccl. et eorum nuntios honorifice solere recipere tunc et in refectione et etiam denarios carmallingus ipsis nuntiis dabat. Presentia: Salamoncelli qd. * * et Bandinachi de Pisa et Viviani qd. * *. (A.) MCLXXXII, IV kal. oct., ind. I.[2]

*Due originali:* O. 152; *Regestum A, c. 24; Regestum B, c. 30 v.*

[1] *Il Reg. A:* Laudamentum inter canonicam S. Martini, ex una parte, *etc.* et Allucingos, ex alia, scilicet Lambertum *etc.* [2] *Segue il reg. n. 1484.*

1481. *Lucca, 30 Settembre 1182.*

Brevis, memorie causa descriptus, qualiter hoc actum est Luce, in claustro canonice ecl. S. Martini, bonorum virorum presentia nomina quorum denotabuntur in ultimis. Lis et controversia, q. vertebatur inter dominos canonicos ecl. S. Martini et vicinos ecl. S. Bartholomei de Cieciana, talis erat: Dicebant canonici se in illa ecl. debere eligere sacerdotem et instituere, quia in veritate illius ecl. patroni sunt; e contra vicini asserebant, quod consueverant eligere sacerdotem et electum a canonicis, sicut a patronis, petere et dicebant eorum esse illum ibi ponere. Lis com(m)issa est a domino Lucio pp. prioribus S. Reparate et S. Angeli de Foro audienda et concordia vel iudicio terminanda. Predicti litigantes, videlicet: Ugo archipresb., Damianus, Sighifredus, Benedictus, Matheus presbiteri, Rolandus, Bellpillius, magister Pandulfus diaconus, Rolandus de Bacciana, pro se et aliis canonicis, atque Baldinellus qd. Creci et Villanus qd. Falconis suprascripte vicinie consules, atque Riccardus qd. Moriconis et Vicinus f. Bonaldi, pro se et tota eclesie vicinia, invicem inter se investierunt et se ac suos heredes et se ac suos successores obligaverunt, sub pena C libr. Luc. den. et consulum et treganorum Luc. presentium et futurorum vel alterius potestatis, que Lucam distringeret, atque domini pape, quod firmum et ratum habebunt et tenebunt omni tempore quicquid predicti arbitri et priores de suprascripta lite dixerint vel laudaverint. Litem, suprascripti priores, auditis et cognitis utriusque partis rationibus et allegationibus, per concordiam et per laudamentum diffinierunt, dicentes: In nom. Domini, amen. Nos priores, a Luccio papa super hac causa iudices delegati, sic per concordiam laudamus et per laudamentum diffinimus, ut quotienscumque ecl. de Ciciana clerico vel sacerdote vacaverit, vicinie consules pro omnibus vicinis, vel, si consules ibi non fuerint, duo vel tres de melioribus illius vicinie,

pro omnibus vicinis, non compulsi ab aliquo, non instructi malitiose ab aliqua persona, sed in puritate et bona simplicitate veniant ad canonicam S. Martini, ad archipresbiterum, dicentes: Ecl. vestra et nostra S. Bartholomei sine pastore est. Tunc archipresb. cum duobus aut tribus de fratribus suis et suprascripti vicini tractent et concordent de cler. vel presb. habendo, habita concordia, ipsi vicini vel plures, si voluerint, publice, ad honorem Dei, s. Martini et s. Bartholomei et canonicorum atque pro salute totius vicinie petant illum, de quo concordia facta est, et canonici illorum annuant petitioni et ibi ponant vel instituant. Presentia: Rolandi, prenomine Forca, qd. Usaldelli, Iacobi qd. Ildebrandini, atque Leonardi f. Ildebrandini. Prefati homines obligaverunt se ac suos heredes et sua bona, sub omnibus predictis penis, et in manibus suprascripti archipresbiteri promiserunt, quod facient hoc habere ratum omnibus aliis vicinis. A. MCLXXXII, prid. kal. oct., ind. I. Ubertus not. imp.

*Copia del 1265 agosto 2, di* Soffredingus *etc. (cf. il reg. seguente)*: M. 160; *copia cart. del sec. XVII nell'arch. Capit.*: Ms. ✠ 15, *c. 16 v.* *Cf. Kehr, Italia Pontificia, III, 405, n. *44, e 463.* *Cf. il reg. seguente.*

1482. *3 Ottobre 1182.*

Postea[1] vero, scilicet quincto non. oct., venerunt Lupilinus, Grillus, Galligus, Rustichellus, Albertus, Sighinus, Pascius, Albertinus, Baldiccione atque Morectus de suprascripte capelle vicinis, et omnes habuerunt ratum quod supradicti homines fecerant, et per se firmum tenere promiserunt; coram me Uberto not., q. hec scripsi, et suprascriptis hominibus.

*Copia del 1265 agosto 2, di* Soffredingus qd. nobilis Pelavicini de Maona, Romani imperii auctoritate iudex ordinarius et not.: M. 160.

[1] *Così prosegue il reg. precedente.*

1483. *14 Ottobre 1182.*

« Tenuta S. Martini super Bornectum, pro C sol., pro casa quam emerat a Guilielmo Brunichi, cum terris ad ipsam pertinentibus; pro eo quod in fraudem[1] revendiderat predictam casam et terras, postquam fuerat inquisitus per treguanos de ipsis terris et casa. A. Domini MCLXXXII°, pridie id. octubris. Turchius not. ».

*Regestum A, c. 2 v.*

[1] in fraudem *è nell'interlineo.*

1484. *5 Novembre 1182.*

Postea[1] predictus Rolandus iudex ita laudavit, ut predicta ęccl. S. Martini et eius nuntii libere habeant et teneant predictas

terras et fructus et ad lab., cui velint, eas dare possint. Cum autem qui pro tempore eas tenuerit de predicto redditu star. XII predicte ęccl. reduxerit, debeant canonaci notificare predictis[2] vel eorum heredibus, ut unus eorum nuntius intersit, qui debeat comestionem recipere et habere den. VIII pro honore,[3] sicut mos est decimalium, et hec omnia laudavit, salvo iure proprietatis utriusque partis et salvo iure predictorum filiorum qd. Sornachi et Albertini de pensione, quam consueverant habere ipsi de predictis terris ab eorum tenitore supra predictum redditum, quem habet ęccl. S. Martini; de qua pensione reservo ad diffiniendum; quod factum est consensu utriusque partis. Presentia: Ughi archipresb. et Damiani et Guidi et Benedicti presbiterorum et Pandulfi et Henrigi diaconorum et predicti Albertini et Veltri et predictis ff. Sornachi et Meliorecti et Viviani. A. MCLXXXII, non. nov., ind. I. Luchese not. imp.

*Due originali:* O. 152; *Regestum A, c. 24; Regestum B, c. 30.*

[1] *Così prosegue il reg. n. 1480. La carta fu scritta tutta nello stesso tempo.* [2] *Il Reg. A:* debeant notificare ipsis Allucinghis [3] *Il Reg. A:* pro honore, pro decima

1485. *1182.*

« Sententia inter Ubertellum et eccl. S. Martini; per (quam) condepnatus (est) predictus Ubertellus, ut restitueret VIII^to^ petias terrarum, quas ipse Ubertellus emerat a supradicto Baroncello,[1] quia erant S. Martini; prima quarum est vinea, et dicitur Pastinello; secunda est vinea in Sondrio; III^a^ est vinea, et d. Villa; quarta vinea, et d. Campo Vecchio; quinta est vinea, et d. Iaco; VI^a^ vinea u. d. Campo Septimo; septima et VIII^a^ u. d. in Debbione. Capita et latera in carta continentur sententie. A. Domini MCLXXXII^o^. Guilielmus astronomicus not. ».

*Regestum A, c. 3.*

[1] *Cf. il reg. n. 1467, cui si riferisce.*

1486. *1182.*

« Carta per Ardiccionem not., quod debet habere (Niger) manducare et facere predicta;[1] que si non fecerit, debet admittere podere. A. Domini MCLXXXII ».[2]

*Regestum A, c. 2. Scrittura di mano coeva nel margine di contro al doc. n. 1511.*

[1] *Cf. il reg. n. 1511, cui si riferisce.* [2] *Il ms. aggiunge:* Quam (cartam) habet Niger.

1487. *1182.*

« Confessio Rolandi can(onici?) S. Martini et Guiniscii causidici, q. protestati sunt se diffinisse, ex causa eis commissa,

ut Manente de Burgiciolo daret pro decima unum star. grani de terra de Fontanelle, quam emerat a domo Fralminga, vel tenitor predicte terre pro suo arbitrio. A. Domini MCLXXXII ».

*Regestum A, c. 16 v. Cf. il reg. n. 1453.*

1488. *30 Dicembre 1182.*

Albertinus advocatus eccl. canonice S. Martini, pro ipsa canonica, petit a Rolandino sutore duas petias de terris, q. sunt in confinibus Masse Macinarie u. d. Scaffiano; prima tenet: unum caput cum latere in viis publicis, aliud latus in terra Villani germanus Malatacche, quam tenet ab eccl. S. Martini; secunda est ibidem et tenet: unum caput in via publica, aliud in terra Oneschi, latus unum in terra S. Martini, quam tenet Vivianus, aliud in terra S. Martini, quam tenet Bonamicus gener Albonecti, vel si aliter invente fuerint. Rolandus negat. Post sacramento calumpnie facto III non. nov. advocatus petit ut supra. Rolandinus negat et uterque confitetur, quod Guido Betti reddebat annuatim de suprascriptis terris eccl. canonice star. XXXVII de vino. Litem legitime ventilatam et in Iacobum iurisperitum Gervasii f. et Gualteronem qd. Ghisalberti Luc. causarum consules et treuguanos ad diffiniendum per sententiam commissam, taliter finierunt, Iacobo dicente: In nom. Domini, amen. Ego Iacobus, litis cognitor, cum consilio et accordamento socii mei, litem per sententiam sic diffinio: Rolandinum, ut, dehinc ad IV proximos menses, restituat suprascriptas duas petias advocato pro eccl. S. Martini, condempno. Presentia: Pieri Barellii, Patti missi et aliorum. (A.) MCLXXXIII, ind. I, III kal. ian. Guilielmus not. imp., scriba suprascriptorum consulum et treuguanorum.

*Originale:* O. 17.

1489. *Lucca, 13 Gennaio 1183.*

A. MCLXXXIII, id. ian., ind. I. Ego Pesus qd. Guiducci per hanc cartulam in antifaitum dono et trado tibi Bonadonne sponse mee et filie qd. Lupicini sex petias de terris meis, q. sunt campi, in l. et fin. Matraie et Coldepothi; prima est u. d. ad Schiataia, quę tenet: unum caput in terra Villani, alterum in terra Beneveni, latus unum in terra Carnelevaris, alterum in terra Maiacori; secunda petia est ibidem, quę tenet: unum caput in terra suprascripti Beneveni, alterum in terra Bernardi, latus unum in terra Gherbotti, alterum in terra Martinelli; tertia est u. d. ad Classum, quę tenet: unum caput in terra Guarthonis, alterum cum uno latere in terra Villani, alterum latus in terra eccl. S. Michaelis de Matraia; quarta est ibidem, quę tenet: unum caput in terra

suprascripti Beneveni, alterum in terra Venture, latus unum in terra suprascripti Villani, (alterum * *); quinta est ibidem, quę tenet: unum caput in terra suprascripti Beneveni, alterum in terra Baldicionis, ambo latera in terra suprascripti Guarthonis; sexta est u. d. in Vergaio, quę tenet: unum caput in terra Oddi, alterum in via publica, latus unum in terra suprascripti Guarthonis, alterum in terra suprascripti Oddi. Recepi meritum a Guiduccio g. tuo, pro te, anulum aureum. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. Luce, prope eccl. S. Petri de Cortina. S. m. Pesi. Haec cartula tali tenore est facta, quod si contingerit Pesum mori, Bonadonna vivente, et heredes eius, uno anno transacto post obitum eius, infra dies XXX post inquisitionem proximos, dederint Bonadonne vel suis heredibus libr. VII den. Luc. monete, ad voluntatem sui prenditoris, hec cartula omnino sit inanis et vacua; sin autem firma roborataque permaneat omni tempore, sub predictis penis; et si Bonadonna vel eius heredes aliquo tempore venerint in dampnum vel in menimantiam de suprascritis terris, in omnibus aliis suis bonis suique heredis habeat regressum, sub predictis penis. Preterea Pesus confessus fuit se accepisse pro suprascripta Bonadonna libr. III et sol. XVI den. et libr. X et sol. IV de corredo. S. m. Baldicionis qd. Budelli, Ardicionis not., Bonangeli qd. Baruchi tt. Petrus not. imp.

*Originale:* I. 13. *Nel verso, da mano del sec. XV:* Carte de Moriano.

1490. *21 Gennaio 1183.*

« Goctifredus et Guillelmus gg. qd. Rossillionis vendiderunt domino Inghifredo archipresb. eccl. et canonice S. Martini, ementi ad utilitatem ipsius eccl., unam petiam terre, q. est campus, in confinibus Cilliani, prope Plebem S. Pauli, in l. Carraria; de qua soliti erant reddere annuatim eccl. S. Martini sol. quactuor et eccl. S. Reparate star. IIII^or grani; unde est carta manu Gerardi not. (A.) MCLXXXIII, XII kal. februarii ».

*Regestum B, c. 14.*

1491. *16 Febbraio 1183.*

« Caritade filius Aldebrandini de Sensano et eius successores sunt manentes Luc. capituli. Manu Guillelmi not. (A.) MCLXXXIII, XIIII kal. martii ».

*Regestum B, c. 72 v.*

1492. *Moriano (Lucca), 25 Marzo 1183.*

Breve recordationis, qualiter prope pontem de Moriano, presentia bonorum hominum quorum nomina subter leguntur, Ri-

cardus qd. Ubertelli per fustem, quem in sua tenebat manu, per se suosque heredes et proheredes, ad penam episcopi Luc. et consulum de Moriano et illius potestatis, que eos pro tempore distrinxerit, investivit Guilielmum qd. Pieri villacarium in plebae de Moriano, secundum suum dictum, Uberti abatis eccl. et mon. S. Petri, quod est situm et edificatum in l. u. d. Potheuli, ipsum Guilielmum recipientem, ut dicebat, per parabolam suprascripti abatis, quatinus Ricardus et heredes et proheredes habent reddere suprascripto abati et successoribus et mon. omni anno in mense ian. I libr. olei, ad iustam libr. currentem per confines de Moriano, de una petia de terra, q. est vinea, in confinibus Moriani, in l. u. d. Puricianum, et tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Puctori qd. Casciecti, latus in terra Cancilieri qd. Gerardini, alterum in terra eiusdem Ricardi, sicut desingnatum est cum terminis. (Pena): LX sol. den. Luc., sub pena suprascripti episcopi et consulum de Moriano et potestatis, que eos distrinxerit; et, post penam solutam, hec investitio et obligatio in sua permaneat firmitate. In presentia: Bornecti qd. Becti et Lamberti qd. Corbi et Vitali qd. Omodei. A. MCLXXXIII, VIII kal. apr., ind. I. Boctrichellus not. imp.

*Originale:* F. 131.

1493. *11 Aprile 1183.*

« Libellum de predicto masio de Campo[1] datum ab eccl. S. Martini, preter masium Nigri supradicti,[2] Bifolco rectori S. Marie de Rocca de Moçano, pro ipsa eccl., usque ad sexaginta annos, pro VII sol. et medietate, reddendis in mense sept. ad canonicam, habendo manducare una persona, q. pensionem reduxerit, panem et vinum et conpanaticum. A. Domini MCLXXXIII, tertio ydus aprelis. Guilielmus not. ».[3]

*Regestum A, c. 2.*

[1] *Cf. il reg. n. 1433, cui si riferisce. Il ms. aggiunge:* quod divisum est in plura masia [2] *Cf. il reg. n. 1433, cui si riferisce.* [3] *Il ms. aggiunge:* Que masia laborantur per Martinum massarium et Riccium de Campo et Dominicum et Pisticcium et Iohannem de Valle et Nerum de Aquilea et Anselminum et Accursum et filios Aimerrighi et Genovardum et Sesmundum massarios.

1494. *Pescia, 24 Aprile 1183.*

Breve, memorie causa descriptum, qualiter in l. Piscie Maiori, in Ferraia, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius continentur, Rugerius f. qd. Contis et Dulcisamica uxor suprascripti Rugeri et filia qd. Grunii, mihi Dulcisamiche consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Rolandi iudicis qd. Guarmigniani donni inp., a quo interrogata sum secundum edicti (paginam, per)

hoc scriptum nos facimus finem et reflutationem et transactionem et perdonationem et remissionem per hoc scriptum tibi Grillo f. qd. Bandini et tuis heredibus de victualia et indumentis, quod dedimus Orrabili filie predicti Grilli et Dulcisamiche, quia ab hac ora in antea non miserimus tibi Grillo vel tuis heredibus pro indumentis et victualiis, olim datis Orrabili, litem vel molestiam vel controversiam, nec facere tentaverimus vel facere faceremus. Per quam finem et reflutationem etc. predicti iugales professi fuerunt se recepissent libr. III Luc. den. in laude eorum prenditorum a Grillo pro omnia suprascripta confirmanda; et predicti iugales convenerunt et promiserunt et se suosque heredes obligaverunt omnia observare Grillo et suis heredibus, sub pena dupli et X libr. Luc. den. et consulum et treguanorum Luc. presentium et futurorum[1] et potestatis, quę eos pro tempore distrinxerit; et convenerunt et promiserunt et se et suosque heredes obligaverunt (et) eorum bona pro hic observando et post penam solutam hoc scriptum senper sit firmum et ratum. Presentia: Ugonis qd. Guidi et Vitali qd. Pugnecti et Bonaccorsi[2] f. Guiducci Bonomi et Donnucci qd. Glandolfini et Guiliccio qd. Lanberti et Rainaldinus mancipatus Guiducci filius fecerunt hoc laudamentum. A. MCLXXXIII, VIII kal. madii, ind. I Albertus not. imp.

*Originale:* M. 112.

[1] *Le parole* presentium et futurorum *sono nell'interlineo.* [2] *Segue* qd. *cancellato.*

1495. *Lucca, 28 Aprile 1183.*

A. MCLXXXIII, ind. I, IV kal. madii. Ego Vivianus qd. Carbonis per hanc cartulam, nomine permutationis, do et trado vobis Benedicto presb. et Rolando de Bacciana diac. canonici et sacristarii canonice S. Martini ecclesie Luc. episcopatus, recipientibus ad partem canonice, unam petiam de terra, q. est vinea cum olivis, in l. et fin. Fabialla u. d. Pastinum; que tenet: unum caput in terra mea, quam mihi reservo, sicut termini ibi sunt, aliud in terra, quam Guarinus qd. Blanchi et Martinus qd. Rustici detinent, sicut podium dividit, latus unum in terra Baldicionis qd. Signorecti et Pictoni qd. Cataste, alterum in terra Miliani qd. Guiscardi et Laboratoris qd. Damiani et iamdicti Baldiccionis. Hanc petiam, per qua(m) currit in transversum via publica, vobis, recipientibus pro toto capitulo, do et t(ra)do. Pro qua a vobis, per potestatem (a) toto capitulo vobis concessam, odie accepi una(m) petia(m) de terra, q. est casalinum et curte cum pergola ante ipsam, in l. et fin. Fabial(l)a u. d. in Guercietum, quam Pasius a canonica detinebat et in ea edificium case

habet; que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Paganelli qd. Ugucci usque ad podium, latus unum in terra Bonseri qd. Stefani et Carboni qd. Melocti, aliud in terra Becchi qd. Guictonis et aliquantulum in terra, quam Angelus qd. Bernardi a canonica tenet et eidem reservastis, sicut termini ibi sunt. Pena dupli et III libr. arg., sub pena consulum et treguanorum Luc. presentium et futurorum. Act. Luce, in claustro canonice. Vivianus hanc cartulam fieri rogavit. Carincione qd. Gerardi Benbonis, Simon f. Bellardi, Brunectus qd. Lambertucci, q. huic contractui tt. interfuerunt manusque inposuerunt. Rainerius not. imp.

*Originale:* A. 19; *Regestum B, c. 96 v.*

1496. *Valpromaio (Lucca), 4 Maggio 1183.*

A. MCLXXXIII, IV non. madii, ind. I. Nos Rolandus, prenominatus Advolterinus, qd. Comtis de Montemagno et Bona eius uxor et filia qd. Iohannis Piccolini de Plothano, mihi Bone consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Corsi de Valprimaio qd. Ildebrandini et Venture eius filii propinquiorum parentum meorum, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Melotto f. Andree de Montisciano, recipienti procuratorio nom. pro Guidone presb. et can. atque cantore et cammarlingo eccl. et canonice S. Martini et filio qd.[1] Bernarduccii, omne ius et actionem, tenimentum seu libellariam, usum et derictum atque melioramentum, quod nobis pertinet de una petia de terra, q. est predicte eccl. et canonice, quod melioramentum emimus a Gallico de Plothano, quę est campus et silva et boscus insimul, per quam strata incurrit, et esse videtur in l. et fin. Valprimaio u. d. in Planitho; quę tenet: unum caput in terra, quam Greppus et Petrus de Gualdo detinent a predicta canonica, alterum in terra, quam Porcellus qd. Serandelli de predicto l. Valprimaio detinet ab eadem eccl. et canonica, et aliquantulum de ipso capite in Freddana, latus unum in terra, quam Villanus et Amicus de eodem l. Valprimaio detinent ab eadem canonica, et aliquantulum de ipso latere in rivo de Ritrignano, alterum in terra quam Tithone et Campanile de Gualdo detinent a predicta eccl. et canonica. Omne ius etc. de predicta petia, de qua soliti sumus annuatim reddere pensionem suprascripte canonice den. VII et unam medaliam, tibi vendimus et tradimus, cedimus atque mandamus. Recepimus pretium a te, libr. XV den. Luc. Repromittimus nos una cum nostris heredibus tibi tuisque heredibus, ut si nos vobis intentionaverimus et non defenderimus, spondemus componere venditionem in duplum et

sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. in predicto l. Valprimaio, in domo predicti Corsi. S. m. iugalium, Rolandus uxori sue consensit, et prelibati propinqui ibi fuerunt eamque interrogaverunt. S. m. Amici qd. Albertini de predicto l., Stefani f. Bellandi de Milliano, Baldricce qd. Angiorelli, Lucensis qd. Guiduccii de Brancalo. Ardicio not. imp.

*Originale:* D. 149. *Cf. il reg. n. 1499.*

1 qd. *è nell'interlineo.*

1497. *Massarosa (Lucca), 9 Maggio 1183.*

Breve ad futuram demonstrationem, qualiter in l. Massagrose, intra eccl. S. Iacobi de ipso l., in presentia bonorum hominum quorum nomina inferius scripta inveniuntur, Carone condam Martini, Dominicus condam Magniani atque Bartholomeus condam Fasciani et Bigaperellus condam Ricci et Cigolinus condam Petri de Podio de suprascripto l. ad s. Domini evangelia iuraverunt coram universo populo eiusdem loci et per eorum parabolam dicere et manifestare quidquid iuris pertinet ecclesie et canonice B. Martini Luc. episcopatus sive in pensionibus sive in redditibus, quos recolligit prefata canonica in suprascripto l. et districtu et in eius confinibus, sive in placito sive in districtu aut in banno vel in bannis seu in amasciamento vel in amasciamentis aut in locamento vel locamentis sive in boschis vel paludibus vel super quocumque iure ad suprascriptam canonicam pertinente, super Dei evangelia iuraverunt dicere veritatem et mendacium tacere. Ad hec predicti quinque homines taliter dixerunt et manifestaverunt, dicendo: De donicato suprascripti loci Massagrose, Guiscardus reddit annuatim III den.; Camtone III den.; Petrus VIII den.; Dominicus Taffata VIII den.; Pandulfinus VI den.; Tigniosus XVI den.; Vivianus IX den.; Perosius VI den.; Ughicione negat VI den., set Perosius frater suum sacramentum dixit quod debet dare; Gottefredus den. XXXIV; Henricus faber XII den.; Benedictus I den.; Morone I den.; Ventura VIII den.; Bonithettus VI den., Grancius III den.; Bernardus III den.; Dominicus de Pomaio VI den.; Bonus IV den.; Clavellus VI den.; Dominicus Magniani IV den.; Martinellus I den.; Oditorus V den.; Ubertellus de Debbia VI den.; Carbonetus IV den.; Bronicardus V den. et medium; Monachellus XVI den.; Albitellus VIII den.; Mannus XII den.; Bellus VIII den.; Sicherius de Pomaio XXXIV den.; Ugolinus VIII den.; Ugolinus IV den.; Bigharellus VIII den.; Gerardinus de Moscha VI den.; Vechius de Amico VIII den.; Iohannes Gualanduccii VIII den.; Martinus VIII den.; Ildebrandus VIII den.;

Rolandus v den.; Martinus de Rio VIII den.; Bonnadonna VIII den.; Martinus Ghermondelli VI den.; Niger III den.; Tignosus II den.; Dominicus de Via VIII den.; Iohannes de Ponte VI den.; Millottus frater eius VI den.; Grillus XVI den.; Guido VI den.; Vivianus Guiducci XVI den.; Blanchus III den.; Albertinus VIII den.; Preite de Canale v den.; Rolanduccius VIII den.; Bacchalare VIII den.; Corsus Bonadinghi XII den.; Flandina de Omne VIII den.; Manente XIII den.; Vivianus Bernardi VIII den.; Medonia IV den.; Mangione IV den.; Dominicus IV den.; Gerardinus II den.; Guido frater eius II den.; Ranuccius II den.; Stephanellus Moscionis VIII den.; Bernardinus frater eius VIII den.; Boso de Milliano VI den.; Guittone IV den. De eodem donicato apud Bozanum v sol. de compera archipresbiteri: Symone reddit omni anno III sol. et den. VI. In alia parte: Dominicus XXI den., et de eadem compera: Sicherius de Pomaio XXI den. de terra de abbate; Guido Marcolfi XXXIV den.; Bartholomeus XXXIV den.; Guiscardus XXVI den.; Cintone XXVI den.; Dominicus de Forno VIII den.; Veghio XXVII den.; Martinus Rinaldini XXVII den.; Perosus XI den.; Carone Orione *(?)* v den. et medium; Guillelmus v den. et medium; Martinus Grimaldi quatuor[1] den.; Andreas de Rio IIII den.; Octo IIII den.; Iohannes de Rio IIII den.; Ugolinus de Rio IIII den.; cognatus eius IIII den.; Bonus IIII den.; Odecta IIII den.;[2] de terra de Truffa, Sexmondellus VII den.; de molendino de suprascripto l. Massagrose Morone IV sol.; Borghese VIII sol.; padulli et terre, que sunt ab uno portu ad alium, sunt de proprietate suprascripte eccl. S. Martini ad vendendum et faciendum quidquid canonici S. Martini voluerint et usus quos homines de suprascripto l. Massagrose ibi habent vel habuerunt, de concessione canonicorum habuerunt, et habent[3] similliter suprascripti canonici in suprascripto l. Massagrosse omni anno pro decimatione pro centum star. de bono grano et centum de bono vino musto, cum iusto star. Luc.; granum redditur in mense aug. et vinum in mense sept.; habent etiam rationabiliter[4] placitare omnes homines de Massagrosa et de toto eius districtu; habent similliter rationabiliter facere omnia masciamenta et locamenta et ab antiquo fecerunt et facere debent et usque ad hec tempora firma et rata permanserunt et cuicumque voluerint dare masciamentum vel locamentum sive plus offerenti sive minus, secundum suam voluntatem, libere et sine controversia dederunt et secundum usum et rationem terre sic dare et facere possunt et eos undeciare *(?)*, secundum quod voluerint. Hec omnia suprascripta iura sive de pensionibus, sive de redditibus, sive de pensionibus, sive de masciamentis aut collocamentis vel banno aut bannis vel boschis vel paludibus cum

toto boscho de Barceghia, quod est de dicti capituli manso, quisque pro se confessi fuerunt et viva voce guarentaverunt se reddere et observare debere, sicut superius a predictis quinque hominibus iurejurando firmatum est, et hec facta sunt et tractata in presentia Guidonis presb. et cantoris et camerarii, Rolandini de Bacciana diac. et sacristani canonicorum suprascripte eccl. B. S. Martini, Bonacursi condam Marcolfi, Ardinghi condam Dominici, Bernardini et Prosperii nunciorum treuguanorum et fere totius populi suprascripti loci. A. MCLXXXIII, VII yd. madii, ind. I. Suprascripti homines ibi fuere tt. de predictis. Petrus not. imp.

*Copia del sec. XIV, nel cod. dell'arch. Capit.:* P ✠ XXXI, *c. 6 v.* *Cf. il reg. seguente.*

[1] *Sopra* quatuor *nell' interlineo è scritto* octo [2] *Il passo da* Andreas *a* den. *è scritto parte nell' interlineo e parte nel margine.* [3] *Segue ripetuto* habent [4] rationabiliter *è scritto nell' interlineo.*

1498. *Massarosa (Lucca), 9 Maggio 1183.*

Breve memorie, qualiter in l. Massecrose, iuxta eccl. S. Iacob de ipso l., presentia bonorum hominum quorum nomina inferius scripta sunt, Carone qd. Martini et Dominicus qd. Magniani atque Bartholomeus qd. Fasciani et Bigarellus qd. Ricci et Cigulinus qd. Petri de Podio de suprascripto l. Massecrose ad s. Domini evangelia iuraverunt coram universo populo eiusdem loci et per eorum parabolam dicere et manifestare quicquid iuris pertinet eccl. et canonice B. Martini Luc. episcopatus sive in pensionibus sive in redditibus, quod recolligit prefata canonica in suprascripto l. et fin. et districtu Massecrose, sive in placito sive in districtu aut in banno vel in bannis seu in masciamento vel in masciamentis aut in locamento vel in locamentis seu in boschis [aut] in palludibus vel super quocumque iure ad suprascriptam eccl. pertinente, super s. Dei evangelia iuraverunt dicere veritatem et mendacium tacere. Ad haec predicti quinque homines taliter dixerunt et manifestaverunt, dicendo: De ordine Bonelli diac., Veghius de Mallio reddit omni anno unam albergariam; Bellus de Pomaio unam albergariam; Petrus cum suis consortibus unam albergariam; Guiscardus cum suis consortibus duas albergarias; de ordine Rolandi Belpilii, Guittone cum suis consortibus unam albergariam; Ubertellus de Debbia cum suis consortibus unam albergariam; Martinus de Rio unam albergariam; Gratianus de Canale cum suis consortibus unam albergariam; Pascius de S. Maria cum suis consortibus unam albergariam; Paulus cum suis consortibus unam albergariam; de ordine archidiaconi, Fasciolus cum suis consortibus unam albergariam; Bonus qd. Bellonis cum suis con-

sortibus unam albergariam; Bonadonna cum suis consortibus unam albergariam; Burnettus de Milliano cum suis consortibus unam albergariam; de ordine Amati diac.,[1] Gerardinus Anselmucci cum suis fratribus duas albergarias; Bigarellus unam albergariam; Gerardinus Berithini cum suis consortibus unam albergariam; Preite de Canale cum suis fratribus unam albergariam; de ordine Romei diac., Martinus da Goro unam albergariam; Gattus unam albergariam; omnes illi de Sancto duas albergarias; de ordine Villani diac. de Cruccichia, Dominicus de Via duas albergarias; Marrone cum suis consortibus unam albergariam; Ildebrandinus de Podio cum suis consortibus unam albergariam; de ordine Inghifredi presb., Petrus qd. Grimaldi unam albergariam; Martinellus Marghiani unam albergariam; Rolanducius cum fratre unam albergariam; de ordine magistri Iohannis subdiac., Tigniosus de Lemma unam albergariam; omnes illi da Ripa unam albergariam; Cigulinus cum suis consortibus unam albergariam; Bartholomeus cum suis consortibus unam albergariam; Blancus de Sancto unam albergariam; Carone cum suo socio unam albergariam; de ordine presb. Benedicti, Bartholomeus cum fratre suo unam albergariam; Albertinus Guidocti unam albergariam; Guittone de Maioro cum genero suo unam albergariam; Mangione unam albergariam; de ordine magistri Pandolfi diac., filii Barbe unam albergariam; Vivianus unam albergariam; Martinus Grimaldi unam albergariam; omnes illi de Ripa unam albergariam et unum tertium albergarie; Benectus cum suis consortibus duas albergarias et duas partes albergarie; de ordine Henrichi Tasche diac., Gerardinus qd. Bosi unam albergariam; Gratianus cum fratre unam albergariam, Iohannes Gualanducci cum suis consortibus duas albergarias; Corsus Bonaldini cum suis consortibus unam albergariam; Ferrandus cum suis consortibus unam albergariam; Perusius cum suis consortibus unam albergariam; de ordine cantoris, Dominicus Magniani[2] unam albergariam et tertium albergarie; Guerriscius cum nepote unam albergariam et tertium albergarie; Vivianus cum fratre unam albergariam et tertium albergarie; Perusius cum fratre unam albergariam; Marrone cum fratre unam albergariam; de ordine primicerii, Bartholomeus unam albergariam et medietatem; Guido Marcolfi unam albergariam et medietatem; Grancius cum suis consortibus tres albergarias; de ordine Rolandi de Campilio subdiac.,[3] Manente cum fratre unam albergariam; omnes illi da Cerri de terra Boni unam albergariam; Acorsus[4] unam albergariam; Guido Marcolfi unam albergariam; Guerriscius cum suis consortibus unam albergariam; Accursus cum suis consortibus unam albergariam; de ordine presb. Lotterii, Oditorus et Rolandus tres

albergarias; Dominicus Taffani et Ventura tres albergarias; de ordine presb. Tigniosi, Cigulinus cum fratre unam albergariam; Ildebrandinus de Podio unam albergariam; Perusius cum nepote unam albergariam; Ubertellus de Podio cum nepote unam albergariam; de ordine magistri Guidonis subdiac., inter Bonamfiliam da la Ripa et Grillum tres albergarias; Grancius cum suis consortibus duas albergarias; Botaccius cum suis consortibus unam albergariam in Bozano; de ordine presb. Guidonis,[5] Ramundinus cum suis consortibus tres albergarias; de ordine presb. Mathei, homines de Colle unam albergariam; Bonfiliolus unam albergariam; Blancus et Brunicardus et Gualanducius unam albergariam. Haec acta sunt in presentia Guidonis presb. et cantoris et camerarii, Rolandi de Bacciana diac. et secrestani canonicorum eccl. S. Martini, Bonacursi qd. Marcolfi, Ardinghi qd. Dominichi, Bernardini et Prosperii nuntiorum consulum et treguanorum. A. MCLXXXIII, VII id. madii, ind. I. Supradicti homines ibi fuere. Petrus not. imp.

*Originale:* N. 149; *Regestum B, c. 90 v* *Nel verso della carta, da mano del sec. XIII:* Exemplata est manu Leonardi, auctoritate iudicis ordinarii, scilicet domini Gandini. *Cf. il reg. precedente.*

1 diac. *è nell' interlineo.* 2 Magniani *è nell' interlineo.* 3 *Nel margine della carta a sinistra v'è una* ✝ *che sta a indicare, crediamo, la morte di* Rolando. 4 *Non è sicuro se dice* Corsus *ovvero* Acorsus 5 *Come alla nota 3.*

1499. *Lucca, 8 Giugno 1183.*

Breve, memorie causa descriptum, in Luc. civ., intus claustrum ęccl. et canonice S. Martini Luc., bonorum virorum presentia quorum nomina inferius apparebunt descripta, Guido presb. et cantor et can. atque cammerarius eccl. et canonice S. Martini et f. qd. Bernarduccii per quaternum, quem in sua detinuit (manu), investivit Petrum qd. Martini de Gualdo, recipientem pro se et Morecto et Guilielmo fratribus suis, per tenimentum et perpetuam locationem de una petia de terra, q. est campus et silva et boscus insimul comprehensa, in l. et fin. Valprimaio u. d. in Planitho; que tenet: unum caput in terra, quam Greppus et Petrus de Gualdo detinent a predicta eccl. et canonica, alterum in terra, quam Porcellus de Valprimaio qd. Serandelli ab eadem canonica detinet, et aliquantulum in Freddana, latus unum in terra, quam Villanus et Amicus de Valprimaio detinet ab eadem canonica, et aliquantulum in rivo de Ritrignano, alterum in terra, quam Tithone et Campanile de Gualdo detinent a prenominata canonica; quatinus predicti gg. et eorum heredes ac proheredes haberent et tenerent suprascriptam petiam, ad reddendum de ea pensionem per singulum annum in mense ian. pre-

dicto Guidoni vel suis successoribus sive heredibus, Luce, intus canonicam, sol. XV den. Luc. Predictus presb. spopondit, quod ipse vel sui successores aut heredes ac proheredes non debent tollere terram, nec aliquid superimponere predictis gg. vel eorum heredibus ac proheredibus, et quod debent dare commestionem duobus hominibus, quando fuerit reducta pensio, convenienter panem et vinum et unum ferculum carnis, sub pena X libr. den. Luc. et consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Et Petrus pro se et fratribus convenit et promisit et se suosque heredes ac proheredes obligavit omni anno dare predictam pensionem, sub pena X libr. den. Luc. et sub aliis predictis penis. In presentia: Melotti f. Andree de Montisciano et Nevicati qd. Burgundionis. A. MCLXXXIII, VI id. iun., ind. I. Supradicti homines ibi fuere. Ardicio not. imp.

*Originale:* D. 148. *Nel verso, da mano del sec. XIII:* Data est Grillo de S. Martino in Freddana. Manu Leonardi. (A.) MCCLXIII. *Cf. il reg. n. 1496.*

1500. *Lucca, 14 Luglio 1183.*

A. MCLXXXIII, prid. id. iul., ind. I. Nos Beccus qd. Gogiori et Diana eius uxor et filia qd. Bonfilioli et Cirondus eorum f., mihi Diane consentiente viro meo, et mihi Cirondo consentiene patre meo, per hanc cartulam vendimus et tradimus (tibi) Guidoni Bellissimo qd. Ranucini duas petias de terris nostris, q. sunt vinee, in l. et fin. Capelle S. Laurentii u. d. ad Padule; prima tenet: unum caput in terra Dominichelli de Sulco, alterum in via publica, latus unum in terra Grilli, alterum in terra Guilielmi g. mei Becci; secunda tenet: unum caput in terra suprascripti Guilielmi, alterum in terra suprascripte eccl. S. Laurentii, latus unum in terra Bargucci, alterum in terra Sabbatini. Has petias, una cum omni iure et actione et proprietate nobis pertinentibus, tibi eas vendimus et tradimus et cedimus atque mandamus; ita tamen, quod debeat remanere apud nos et nostros heredes ac proheredes, ad reddendum omni anno in mense ian., ad Lucam ad casam habitationis tuę, duas libr. de bono oleo puro, cum iusta libr. de Luca. Recepimus pretium, sol. XLVI den. Luc. monete. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. Luce. S. m. iugalium et Cirondi. Preterea Diana ad s. Domini evangelia iuravit suprascriptam venditionem toto tempore firmam et ratam habere et tenere et non corrumpere. Item iugales et Cirondus convenerunt et promiserunt et se suosque heredes obligaverunt dare predictum oleum; et si pre-

dictus Guido vel eius heredes aliquo tempore venerint in dampnum vel in menimantiam de oleo, in omnibus bonis iugalium et Cirondi suorumque heredum habeat regressum, sub predictis penis. S. m. Rolandi qd. Conecti, Albonecti qd. Albonetti tt. Petrus not. imp.

*Originale:* C. 53. *Nel verso, di mano dello stesso* Petrus: Compera de terra de S. Laurentio de lo(co) Capella. *E da mano del sec. XII-XIII:* De duobus libr. olei, quas reddit Gerardus de Arsina.

1501. *6 Agosto 1183.*

Brevis, memorie causa descriptus, qualiter [... iu?]xsta plebem, bonorum virorum presentia nomina quorum denotabuntur inferius, Cun*(?)*[...]o [...] de Pisa treuguanus, per preceptum et mandatum maiorum Pisanorum consu[lum], [...] cum domino Rolando Belpilio eccl. S. Martini de Luca can[oni]co, qui a suis pre[...] legatus ad hoc in suprascriptis locis erat constitutus, ut posset [...] et suprascripte [...]re occasione detractas et subcelatas et multos ut in [a]lia *(?)* [...] confecta decernitur, iurare fecerat,[1] et istos, quos petebamus, inferius nominatos homines ad hoc *(?)* [...] [...]neos ab ipso et suo nuntio non inventos per bamnum inponendo eis et precipiendo consuli terre, ut eos ante suprascriptum canonicum ducat et illud idem sacramentum, quod alii de hoc fecerant, illos faciat subire ad eius voluntatem et sic illo regrediente, nobis apud predictam plebem existentibus, eadem die, videlicet IV non. a(u)g., ind. I, iuxta serum: venit Gerardinus Arighetti de Avane, qui moratur iuxta pontem, q. d. ad Rosaiolam, et iuramento testatus est, quod iam sunt XL anni et plus, quod audivit a patre suo, quod Bonafilia, q. quondam fuit uxor Oddi, vocabat se Arighettum in festivitate s. Martini, cum illa ibat Lucam ad reddendum censum suprascripte eccl., quod censum erat, ut sibi videtur, a tribus den. usque in sex den., si vellet ire secum et[2] dicit, quod quadam vice audivit illam vocantem suum patrem et dicentem: Venes mecum Lucam, quia ego vado redditum censum suprascripte ec[cl.] S. Martini; et dicit quod audivit a patre suo, quod hoc censum reddebatur de terris illis omnibus, quas habebant et tenebant filii qd. Oddi et filii[3] qd. Passarini et Arighettus de Bono, q. fuit pater Venture, et eorum consortes in l. et fin. Lama, et dixit, quod audivit a suprascripto Arighetto de Bono et suis consortibus, quod Bonafilia habebat unam petiam terre precipuam, quia reddebat predictam pensionem pro se et suis consortibus, et quia non reddebat, habuit causam cum suis consortibus de predicta terra, quam pro pensione habebat, coram archiepiscopo, et dicit se bene scire, quod illa obtinuit, et hec

terra est prope eccl. S. Michaelis, et est in modum erpicis facta, et laborat eam, ut sibi videtur, Morectus de Lama. Guercius et Gualfreducius de Vecchiano[3] alia die in mane, videlicet in festo s. Xisti, ambo una concorditer, iuramento testati sunt de petia de Lama, q. est cum podio, et tenet: caput in flumine, quam tenent filii qd. Pasarini et filii qd. Arigheti presb. Faiconi *(?)* et filii qd. Oddi et eorum consortes[4] et alia petiola ibidem et de illis duobus petiis de Ramo idem per omnia quod suprascriptus Villanus; addiderunt, quod maior petia est, ut sibi videtur, star. XVI et plus, et alia est star. IIII^or et plus ibidem, et ille duo petie de Ramo star. X et plus cum podio; de alia petia, q. est cum arboribus et est campus simul usque ad coderam, idem quod Martinus Porrata, et de censu quod de predictis terris reddebatur eccl. S. Martini, idem quod Do[...] Martinus; addiderunt etiam, quod audiverunt ab Oddo et Falcone et Pandolfino, predictarum terrarum tenitoribus, quod eccl. S. Martini habet aliam petiam de terra loco u. d. ad Comunalia, que est canpus, de suprascripto tenimento et est, ut sibi videtur, per mensuram star. XV et plus. Ita concorditer testati sunt, presentia suprascripti canonici et Balduini consulis de Vecch(i)ano et Siricari et mei Uberti not., q. hec scripsi. A. MCLXXXIII, VIII id. aug., ind. I. Ubertus not. imp.

*Originale:* G. 28.

[1] *Le parole* iurare fecerat *sono nell' interlineo.* [2] *Segue* hoc *cancellato.* [3] Vecchiano *è scritto su rasura.* [4] *Il passo da* quam tenent *a* consortes *fu scritto da mano coeva nell' interlineo.*

1502. *Lucca, 17 Agosto 1183.*

A. MCLXXXIII, XVI kal. sept., ind. I. Ego Tegrimucius qd. Tegrimi per hanc cartulam vendo et trado tibi Beritho presb. eccl. S. Michaelis de Amiata meam portionem pro indiviso de una petia de terra mea, q. est sterpetum, in l. et fin. Miate, prope suprascriptam eccl.; quę tenet: unum caput in via publica, alterum cum uno latere in terra suprascripte eccl., alterum latus in terra Tigniosi qd. Bonardini. Meam portionem, una cum omni iure et actione et proprietate mihi pertinente, tibi eam, ad partem suprascripte eccl., vendo et trado et cedo atque mando. Recepi pretium, sol. X den. Luc. monete. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Hanc cartulam Petrum iudicem et not. imp. scribere rogavi. Act. Luce. S. m. Tegrimucci. S. m. Cristofani qd. Rolandi, Uberti et Guicciardi gg. qd. Botaccii tt. Petrus not. imp.

*Originale:* L. 108.

1503. *Lucca, 14 Settembre 1183.*

Breve memorie, qualiter in Luc. civ., intus claustrum S. Martini, presentia bonorum hominum quorum no[mina] inferius scripta inveniuntur, B e n c h e s a n u s qd. Villani per cartam, quam in sua detinebat manu, investivit Matheum presb. et can. atque camerarium eccl. et canonice S. Martini, quod ipse et sui heredes, quem habebit de Florentia uxore sua et filia qd. Baroncelli, dabit ei per singulum annum in vindemia, tractum et paratum in butto[1] canonicorum suprascripte eccl., in l. Domethani, ei et aliis canonicis catholicis vel suis successoribus, star. XXXVI de bono vino musto puro, cum iusto star. de l. Domethani, et in mense ian. unam libr. et dimidiam de bono oleo cum libr., cum qua reddit Corsus in eodem l., de quarta parte masi de Sala in l. et fin. Domethani; de quo presb. M a t h e u s pro se et Rolando Belpilio item camerario et confratre suo eiusdem eccl. hodie per tenimentum in se et suos filios vel filias, quos habet vel habebit de Florentia, investivit. Spopondit, si ita observatum non fuerit, aut si masium dereliquęrint, quod componere habet ipse vel eius heredes canonicis catholicis penam arg. libr. X, insuper penam consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. In presentia: Nigri qd. Bruni, Gualduccii qd. Menchuccii. A. MCLXXXIII, XVIII kal. oct., ind. II. Supradicti homines ibi fuere. Petrus not. imp.

*Originale:* R. 171; *Regestum A, c. 3; Regestum B, c. 71. Nel verso della carta, da mano del sec. XIII:* Hoc podere tenet Orsectus et Grinta *(?)* pro star. III grani. *Il Reg. A:* Tenimentum predicti Bencasani *(cf. il reg. n. 1318)* et uxoris eius filie predicti Baroncelli de predicto masio, quod ipse Bencasanus cum uxore sua Florentia refutaverat S. Martino *etc.* Quod tenimentum est quarta pars masii de Sala.

[1] *Così l'orig.*

1504. *16 Settembre 1183.*

Predictus[1] P e l l a r i u s revendidit suprascripto abbati suprascriptam terram pro pretio XL libr. Luc. den., quos suprascriptus Pellarius recepit a suprascripto abbate; in presentia Guaschi qd. * * , Guiduccii qd. Bernardini. A. MCLXXXIII, XVI kal. oct., ind. II. Gottefredus not. imp.

*Originale:* H. 82.

[1] *Così prosegue il reg. n. 1444. Il presente reg. però fu scritto in altro tempo.*

1505. *Lucca, 6 Novembre 1183.*

Breve ad futuram demonstrationem, qualiter in Luc. civ., intus claustrum B. Martini, presentia bonorum hominum quorum

nomina inferius scripta inveniuntur, Carratella qd. Pandolfini per cartam, quam in sua detinebat manu, fecit finem et refutationem et perdonationem atque transactionem in manu Mathei presb. et can. atque camerarii eccl. B. Martini, recipiente pro se et pro omnibus suis confratribus canonicis, de omni iure et actione, tenimento seu libellaria, usu et derictu atque melioramento, quod ei pertinebat de sua portione, q. est medietas pro indiviso, de una petia de terra, q. est campus cum pergoris super se, in l. u. d. Via Mediana, quam ipse detinebat a canonica, unde solitus erat reddere omni anno canonice de sua portione star. XIII et medium de blava, sicuti per capita et latera inventa fuerit. Pena: arg. libr. X, insuper consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Pro quibus presb. Matheus remisit Carratelle et perdonavit omnes res, quas posset ei agere vel requirere pro suprascripta terra sive pro tenuta consulum vel treguanorum sive alio modo. In presentia: Antelminelli qd. Antelmini, Ranucci qd. Rodolossi, Nigri qd. Bruni. A. MCLXXXIII, VIII id. nov., ind. II. Supradicti homines ibi fuere. Petrus not. imp.

*Originale:* P. 19; *Regestum A, c. 28; Regestum B, c. 18. Il Reg. A:* Refutatio Carratelle qd. predicti Pandulfini *(cf. il reg. n. 1459)* ad canonicam S. Martini de alia medietate predicte cultre et dimidia; de qua cultra et dimidia ipse Carratella cum predicto Pandulfino fratre suo reddebant nobis XVIII star. grani et VIIII fabarum.

1506. *Lucca, 7 Novembre 1183.*

A. MCLXXXIII, VII id. nov., ind. II. Manifesti sumus nos Hermannus qd. Paganelli de Porcari et Ildebrandinus qd. Ugolini de Porcari, quia vos Matheus presb. et Rolandus Belpilius diac. canonici et camerarii eccl. et canonice B. Martini Luc. episcopatus, cum consilio et accordamento Damiani primicerii et presb. Guidonis cantoris atque presb. Giafaris et presb. Tolomei et magistri Hermanni et Guidonis de Bacciani subdiaconorum confratrum vestrorum et Ducis advocati canonice, per cartulam libell. nom. ad censum perexsolv. dedistis nobis, recipiente pro nobis et Paganello g. meo q. supra Ildebrandini, unam petiam de terra, q. est cum casa solariata super se, quam habetis in Luc. civ., prope pusterulam, q. d. Pagani; quę tenet: unum caput in via publica, alterum cum toto classo infra se in terra filiorum qd. Iohannis Capanne, sicut gronda case eorum cadit, latus unum in terra et medio pariete et mediis columnis case filiorum qd. Misi, quam detinent per libellum a suprascripta eccl., alterum in terra et medio muro case, quam detinet a nobis Ranucius. Hanc petiam cum casa, cuius haedificium case est nostrum, no-

bis dedisti, ut in nostra et de nostris heredibus ac proheredibus sit potestate predictam petiam cum casa habendi atque fruendi. Vobis vel vestris successoribus ac prosucessoribus omni anno in mense ian., ad Lucam, ad canonicam, (reddere debeamus) sol. VI den. Luc. monete, ad voluntatem sui prenditoris. Pena: arg. libr. X, insuper consulum et treguanorum [presentium] et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Duo [li]belli. Act. Luce, intus claustrum eccl. S. Martini. S. m. Hermanni et Ildebrandini. S. m. Henrigonis et Paganelli gg. de Castellione, Ceci qd. Bisciolfi [tt.]. Petrus not. imp.

*Originale:* N. 102. *Nel verso, da mano del sec. XII-XIII:* Hec domus fuit pars illius domus, q. data fuit per libellum [...] Benedicto qd. Bonichi. *E da mano del sec. XIII:* De isto Armanno fuerunt domini Guelfus — huius filius est dominus Guido Calcagno — Lucterius Pappaleuova — huius f. fuit dominus Paganellus et *(?)* Ramondinus; de isto Paganello est dominus Orlandinus potestas *(?)* Pisanus *(?)* et *(?)* Rocchisanus *(?)* — Ugolinus, Paganellus, Orlandinus.

1507. *Lucca, 16 Novembre 1183.*

A. MCLXXXIII, XVI kal. dec., ind. II. Ego Gerardinus qd. Ricci per hanc cartulam vendo et trado tibi Leppo qd. Baronciuchi unam petiam de terra, q. est campus, in l. et fin. Carraie u. d. in Trebbio; quę tenet: unum caput in terra et media fossa Guidonis qd. Boccainsochii, alterum in terra et media fossa filiorum qd. Usaldini, latus unum in terra et media fossa Montini qd. Guardaincoppi, alterum in terra Rainerii qd. Rolanducci. Hanc petiam, una cum omni iure et actione et proprietate mihi pertinente, tibi vendo et trado et cedo atque mando. Recepi pretium, libr. XIV den. Luc. monete. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. Luce, prope eccl. S. Petri de Cortina. S. m. Gerardini. S. m. Andree qd. Teste, Mallii qd. Ughicionis tt. Petrus not. imp.

*Originale:* H. 6. *Nel verso, da mano del sec. XIII:* Carte de Carraia, de terra quam tenet Romeius.

1508. *18 Dicembre 1183.*

« Corsus massarius S. Martini reddere tenetur annuatim (Luc.) capitulo tres somas vini musti et tres libr. oley de XXVII petiis terrarum. Manu Guilielmi not. (A.) M°C°LXXX°III°, XV kal. ian. ».[1]

*Regestum B, c. 69 v; Regestum A, c. 2 v. Il Reg. A:* Confessio supradicti Corsi *(cf. reg. n. 1478)* de XXVI petiis terrarum, quas habet in Domeçano.

[1] *Mano del sec. XIII-XIV aggiunse:* Orsectus habet bona.

1509. *18 Dicembre 1183.*

« Petrus et Bornectus et Bencasanus reddere tenentur annuatim (Luc.) capitulo star. xxxvi vini musti, et Bencasanus similiter et inter Casanum et Petrum et Burnectum tres libr. oley. Manu Guilielmi not. (A) M°C°LXX°XIII, XV kal. ian. ».[1]

*Regestum B, c. 69 v; Regestum A, c. 2 v. Il Reg. A:* Confessio Petri et Bornecti de eodem l. (Domeçano), quod ipsi habent XL petias terrarum; quarum capita et latera et loca in ipsa cartula continentur, scripta per manum Guilielmi not. astronomici. A. Domini MCLXXXIII, XV decimo *(sic)* kal. ian.

[1] *Mano coeva aggiunse:* Orsectus habet bona dictorum.

1510. *Lucca, 23 Dicembre 1183.*

A. MCLXXXIII, X kal. ian., ind. II. Nos Grillus et Cione gg. qd. Allexandri per hanc cartulam vendo[1] et trado[1] tibi Cristiano qd. Burnecti omne ius et actionem et tenimentum seu libellariam, usum et derictum atque melioramentum, quod nobis pertinet de una petia de terra, q. est campus, in l. et fin. Vico u. d. ad la Valle, quam detinebamus ab eccl. et canonica S. Martini, de qua soliti sumus reddere omni anno IX sist. blave inter granum et milium per medium, VI sist. canonice et alios III sist. Rolando qd. Diversi; que tenet: unum caput in terra et media fossa eccl. et canonice S. Fridiani, alterum in terra et media fossa Gualteronis qd. Marchesini, latera ambo in terra eccl. et canonice S. Martini. Recepimus pretium, sol. XXX den. Luc. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, que Lucam distringeret et sub pena XL sol. den. Luc. Act. Luce, prope ęccl. S. Petri de Cortina, in domo Petri not. S. m. gg. S. m. Petri not., Corsi qd. Benedictori, Brandellie qd. Frerezani tt. Ardiccio not. imp.

*Originale: N. 99; Regestum B, c. 23. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Ardiccio: Preterea iamdicti gg. convenerunt et promiserunt et se eorumque heredes et omnia bona iure pignoris obligaverunt, quod si Cristianus vel eius heredes iamdicte terre venerint in dampnum vel menimantiam pro Riccia uxore suprascripti Grilli, semper emendare infra XV dies post inquisitionem proximos, sub eisdem penis omnibus. Suprascripti tt., locus, ind., dotale. *Nel verso della carta, da mano del sec. XII:* Carte Ruote uxor Vicalese de Vico.

[1] *Così l'originale.*

1511. *1183.*

« Sacramentum fidelitatis predicti Nigri,[1] quod fecit ipse et facere debet quilibet maior de domo sua semper et reddere predicta duo star. grani[2] tracta Lucam, ad canonicam S. Martini, et

VII den. et medium, non habendo manducare. A. Domini MCLXXXIII°. Petrus not. ».

*Regestum A, c. 2.*

[1] *Cf. i regesti nn. 1433, 1439, ai quali si riferisce.* [2] *Cf. il reg. n. 1523, cui si riferisce.*

1512. *Chiesa di S. Sensio (Lucca), 24 Aprile 1184.*

Ildebrandus causidicus, Ubertus qd. Tadulini atque Guidoctus f. Gerardi Luc. causarum consules treuguani, in eccl. S. Sentii residentes, bonorum hominum presentia quorum nomina inferius descripta apparebunt, investierunt Dugam advocatum canonice S. Martini, quatinus per eorum parabolam et ex eorum parte ex publica Luc. civ. auctoritate corporaliter intret et sit in tenere et in possessione, pro canonica, in octava parte unius masii seu masiorum et terrarum, qui masius seu masii et que terre sunt in l. et fin. Massa Macinaria et que detinentur a Biffignano et Riccio et filio qd. Petri de Colle et Toperto qd. Blanchi de Oliveto et Corso qd. Iohannichi et Bonfilio qd. Pascii de eodem l. et a Senno qd. Benecti de Vigna Fosca et Grillo qd. Albertini. Item investierunt eundem, ut intret et sit in tenere et in possessione in octava portione de terris comunalibus, que Lumbardus qd. Guerriscii tenebat ad manus suas et quas omnes terras et masia Lumbardus habuit et tenuit a Rainerio qd. Truffe per comperam, ut dicitur; et quam octavam partem Bernardinus qd. Inghifredi recuperavit atque vicit Lumbardo, quas terras et masia pro octava parte Duga a predicto Bernardino et Inghifredo eius f. requirebat et ipsi tertio citati, uno edicto pro tribus posito, ad iustitiam ei faciendam venire contempserunt. Tali lege et conventu atque tenore: Si dehinc ad unum proximum annum predicti pater et filius venerint, dato convenienti pignore in manus consulum treuguanorum ad eorum voluntatem et reddito primum quod pro hac investitione datum est, scilicet sol. XVI pro dato civ. et den. V missorum et den. XXX de breve isto, hec possessio et teneris missio in eos revertatur, canonica semper habente et lucrante omnes fructus huius investitionis pro rata temporis; si post annum venerint, dato pignore etc. et semper ante et post annum antequam causa fiat vel rationem habeant, reddant predictas expensas, nisi in quantum consules treuguani cognoverint hanc possessionem fraudulenter fore petitam, tunc nichil de eo (in quo) fraudem ammisit, reddi faciant et fructus eo modo perceptos fraudatorem restituere cogant, et post annum canonica comodum possessoris fungatur et predicti honere petitoris graventur, quia canonica in rem agit, et salva ratione omnium aliarum per-

sonarum. Presentia: Blanconis causidici, Guidocti qd. Homodei, Lanberti qd. Turchii et aliorum. A. MCLXXXIV, VIII kal. madii, ind. II. Supradicti homines ibi fuere. Otto not. imp., suprascriptorum treuguanorum scriba.

*Originale: O. 79; Regestum B, c. 36 v.*

1513. *Lucca, 2 Giugno 1184,*

Aldibrandus causidicus et Ubertus Tadulini [...] f. Luc. causarum consules treuguani infra Luc. civ., intus eccl. S. Sen[tii residentes, bonorum hominum] presentia, quorum nomina inferius continentur, investierunt Buschettum missum eorum, quatinus [ex eorum parte] et ex publica Luc. civ. auctoritate corporaliter mitteret in tenere et possessione Albertinum [...] de Flesso, pro ipsa eccl. et plebe et eumdem Albertinum sindicum populi seu plebis pro toto populo [... de una] petia de terra seu mascio ipsius eccl., que est in l. et fin. Flesso u. d. Aia Preiti, in q[ua (?) ...] eius familia, pro quo petebat a Benevento advocato eccl. et canonice S. Donati pro [...] conquerebatur, quod ipse iniuste inbrigabat predictum Uguiccionem et eius familiam [...]. Quare petebat ut de cetero non inbriget ipsum advocatum vel sindicum nec ipsam plebem [... Uguic]cionem et eius familiam habitantes in predicto l. seu mascio, quod predicta plebs non pos[...] et iure parrochiali et ad omnia alia que spectant ad parrochialia iura, ut alia *(?)* [...] similiter pro facto vicinantie et consulatu vicinantie, ut nullam litem vel [...] predictum Uguiccionem et eius familiam et omnes alios futuros habitatores ipsius loci s[...] omnia predicta et ad omnia que exspectant ad factum vicinantie, donec ibi h[...]dationem et sacramentum calumpnie prestitum et causam ceptam Beneventus advocatus [...] si quid lege et conventu atque tenore ut deinceps plebs et populus commode *(?)* [...] et predicta eccl. et canonica honere petitoris gravetur, quoniam actio est in rem [... cano]nica venerit ad purgandam prefatam suam malitiam, primo reddat quod pro hac investitio[ne ...] decem de dato civ. et sol. III de brevi isto et den. VIII de equitatur[is ...] tamen plebe et populo semper deinceps habente et lucrante omnes fructus huius investitio[nis ... ni]si consules treuguani cognoverint infra annum vel post annum, quod hec teneris [immissio fraudulenter ...] petita in totum vel in partem, tunc nichil reddi faciant de eo quod in fraudem de[...] in fraudem perceperit, cogant restituere et salva ratione aliarum omnium persona[rum ...]. Presentia: Guilielmetti qd. Martini, Ugolini qd. Marronis et aliorum. [A.] MCLXXXIV, IV non. iun., ind. II. Prefatus Buschettus venit ad suprascriptum l. et [...] et sindicum corporaliter pro suprascripta

plebe et populo in tenere et possessione mis[it]. Accursus not. imp., scriba suprascriptorum cons[ulum].

*Originale:* E. 46.

1514. *1 (?) Luglio 1184.*

« Rolandus f. Toscii reddere tenetur annuatim Luc. capitulo in die s. Allexii den. XII de duabus petiis terrarum positis in confinibus Freddane u. d. Cafagio ; ut continetur manu Guidi not. de rogito Lucchesis not. (A.) M°C°LXXXIIII, ipsa die (kal.?) iulii ».[1]

*Regestum B, c. 73 v.*

1 *Il ms. aggiunge:* De qua carta est alia carta eiusdem facti; manu Lucchesis not., eodem anno et die. *Nel margine, da mano coeva:* Gianni Monandi de Terciliano laborat.

1515. *10 Luglio 1184.*

« Dominus Arrigus qd. Tasche canonicus S. Martini obtulit Deo et eccl. S. Martini duo masea, que sunt in l. dicto Milliano, et que detinentur per Ugolinum et Martinum ; ut de ipsa oblatione continetur (manu) Mandini[1] not. (A.) MCLXXXIIII, VI id. iulii ».

*Regestum B, c. 93 v.*

1 *Sarà* manu Dini?

1516. *4 Agosto 1184.*

« Maçus et Rolandus gg. qd. Iohannis et Petrus qd. Ardinghi fuerunt condempnati in curia treuguanorum in star. VIII grani et VIII milii, ad reddendum capitulo S. Martini annuatim. Carta Petri not. (A.) MCLXXXIV, prid. non. aug. ».[1]

*Regestum B, c. 75. Nel margine del ms:* Plebes S. Stephani habet. *Cf. il reg. n. 1520.*

1 *Il ms. aggiunge:* Et sunt tres alie carte de eadem materia simul ligate.

1517. *Lucca, 10 Agosto 1184.*

A. MCLXXXIV, IV id. a(u)g., ind. II. Ego Guiscardus qd. Cigoli Bolgi per hanc cartulam pro anime mee meorumque parentum remedio offero tibi eccl. et mon. S. Petri de loco u. d. Pottheule, medietatem pro indiviso de una petia de terra, q. est campus, posita in confinibus ville de Capannore in l. u. d. in Cafagio Bolgii; que tenet: ambo capita in viis publicis, latus unum in terra Bomgiori, alterum in terra filiorum qd. Grotici et Gerardini Guaschi atque Ildebrandini Lappatipende; similiter offero tibi medietatem pro indiviso de altera petia de terra, q. est

campus, posita in predicta[1] villa in l. u. d. Campolumgo; que tenet: unum caput in terra Marignani et aliquantulum in terra Viviani qd. Rusticuccii, alterum in terra predicti Viviani et Boneiuncte eius nepotis et aliquantulum in terra predicti Marignani, latus unum in terra Gerardi qd. Cattonis, alterum in terra Rustichelli qd. Vitali mei nepotis. Medietatem de duabus petiis, una cum omni iure et actione atque proprietate mihi de eis vel pro eis pertinente, offero, quatinus a presenti die, tam in vita mea quam et post obitum meum, predicte terre sint in potestate et proprietate predicte eccl. et abatis et monacorum, q. pro tempore in predicta eccl. fuerint ordinati et in ea officium Deo fecerint, eas habendi et fruendi, ad eorum tantum usum et pauperum atque utilitatem eccl. Pena dupli et sub pena libr. XX et consulum et treguanorum Luc. presentium et futturorum vel alterius potestatis, quę Luce fuerit. Act. Luce, in canonica S. Petri Cigoli. S. m. Guiscardi. S. m. Godomanni qd. Martinelli et Ranuccini qd. Montanini atque Tolomei f. Grilli tt. et presentia Martini sacerdotis eccl. S. Petri Cigoli. Glando not. imp.

*Originale:* V. 7.

1 *Corretto da* predicto

1518. *27 Agosto 1184.*

« Dugha Strambi sindicus Luc. capituli habuit tenutam maseorum de Milliano, que detinebantur per Ugolinum Bernardi et Bellonem Amodei et Martinum Saraceni. Manu Accursi not. (A.) MCLXXXIIII, VI kal. sept. ».

*Regestum B, c. 94.*

1519. *31 Agosto 1184.*

« Cristianus qd. Bornecti et Bonaventura eius germanus reddere tenentur annuatim Luc. capitulo de una petia terre, q. est campus, u. d. alla Valle, star. VIII inter granum et milium; unde est carta manu Ghoctifredi not. (A.) M°C LXXXIIII, II kal. septembris ».[1]

*Regestum B, c. 23.*

1 *Il ms. aggiunge:* Et quam tenet Iacobus qd. Vitalis et reddit inde, ut dicitur, star. XII inter granum et mileum.

1520. *Lucca, 4 Agosto e 1 Ottobre 1184.*

Breve memorie, qualiter in Luc. civ., intus claustrum S. Martini, pre[sentia] bonorum hominum quorum nomina [inferius scripta sunt], lis et controversia, q. vertebatur inter Guidonem subdiac. et camerarium et can. suprascripte eccl. pro se et toto capitu[lo],

ab una parte, et Mathum[1] et Rolandum[2] gg. qd. Iohannis et Segnorectum[3] qd. Gerardi et Bernardum qd. Benectori et Petrum qd. [...]ghi,[4] ab altera parte, invicem inter se investitionem et se suosque heredes et successores obligaverunt, sub pena consulum et treguanorum [presentium] et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret, ac libr. xx arg., quod quicquid Duca Strambi f. et Manganellus qd. Dominichi dicerent [et lau]darent de lite infra posita, firmum et ratum haberent et tenerent omni tempore. Quę lis talis erat: Petit Guido [... a] suprascriptis gg. sist. x et medium de [g]rano et a Segnorecto et Bernardo tantumdem et a Petro tantumdem de affìcto p[reteri]to *(?)* de [...]onem uniuscuiusque annorum, quantum plus venditam fuerit, et [...]ebant rupisset *(?)*. Dicit Guido quod tantum remansit de illis *(?)* terris *(?)*,[5] quas *(?)* flumen [...] Matho et frater star. VIII et Segnorectus [...] et [...] de quibus flumen [...]vit et confitetur, quod debent dare extimationem blave singulorum annorum quantum plus vendita [...]. Duca et Manganellus litem, legitime ventillatam, taliter per laudamentum diffinierunt, dicentes: In nom. Domini; [amen]. Taliter litem diffinimus: ut Matha et R[ol]andus, pro sua parte, dehinc ad proximam octavam Pasche resurrectionis tribuant Guidoni sol. LX den. Luc., de quibus tribuant ad proximas kal. nov. tertiam partem et deinde ad proximum carnelevare aliam [tertiam] partem et deinde usque ad octavam Pasche aliam tertiam partem; et Segnorectus et Bernardus[6] similiter, ad eundem terminum, sol. LX et Petrus similiter libr. IV den. Luc. monete, ad voluntatem sui prenditoris, ad eundem terminum; et laudamus, ut predicti homines habeant et detineant predictam terram vel terras per libellum, ita tamen, quod predicti gg. vel eorum heredes debeant reddere omni anno in mense aug. canonicis S. Martini tractum et paratum ad canonicam star. VIII blave, scilicet IV grani et IV inter milium et fabas; et Segnorectus et Bernardus similiter tantumdem; et si flumen reliquerit et dimiserit ibi terram, quam tulerit, ita quod possint eam laborare, debent reddere omni anno suprascripti gg. star. x et medium et Segnorectus et Bernardus tantumdem, scilicet pro sua parte unusquisque star. v grani et aliam inter milium et fabas, et Petrus similiter star. x et medium et omni anno star. v grani et aliam inter milium et fabas in suprascripto mense, si flumen reliquerit ibi terram vel non, et haec omnia cum iusto star. Luc. venditorio; et ab omni alia petitione utramque partem absolvimus. Preterea omnes suprascripti tenitores ad s. Domini evangelia iuraverunt totum suprascriptum laudamentum firmum et ratum habere et tenere omni tempore; si Deus eos adiuvaret et illa s. evangelia, super quibus unusquisque eorum

manum posuit. Quod factum est in presentia: Guidonis qd. Marcolfi, Garfalletti qd. Villani, Gervasii qd. Rodolfi, Melotti qd. * *. A. MCLXXXIV, prid. non. aug., et ipsa die kal. oct., ind. II et III. Petrus not. imp.

*Originale:* L. 172; *Regestum A, c. 37.* *Nel verso della carta, di mano dello stesso* Petrus: Cartula laudamenti de terris, que detinent Matha [...] et sui consortes in Arcuata. *E da mano del sec. XII-XIII:* Guindolfo et Arcuata. *Cf. il reg. n. 1516.*

[1] *Il Reg. A aggiunge:* de quo Mattharreo [2] *Il Reg. A aggiunge:* pro Orlanducio plebes S. Stephani [3] *Il Reg. A aggiunge:* pro quo Bonfilius [4] *Il Reg. A:* Petrus qd. Ardinghi [5] *Il Reg. A:* Sententia *etc.* de predictis terris *(cf. i regg. nn. 67, 693). La rubrica dice:* In Guindolfo [6] *Il Reg. A aggiunge:* pro quo idem Bonfilius

1521. *Chiesa di S. Sensio (Lucca), 20 Novembre 1184.*

Ildebrandus causidicus, Ubertus qd. Tadulini atque Guidoctus f. Gerardi, prenominati Travallii, Luc. causarum consules treuguani, in porticu domus eccl. S. Sentii residentes, bonorum hominum presentia quorum nomina inferius descripta apparebunt, investierunt Dugam advocatum canonice S. Martini, quatinus per eorum parabolam, ex publica Luc. civ. auctoritate, corporaliter intret et sit in tenere et quasi possessione pro canonica ipsaque canonica sit per eundem Dugam placiti et districtus hominum inferius descriptorum de Massa Macinaria, quos dicebat idem Duga ad curiam, q. v. S. Petronille, pertinere debere, et quos Tiniosus de Vurno asserebat se distringere et placitari debere et placitatum fuisse; quorum nomina ita nominantur, scilicet: Fridianus, Guidoctus, Geminianus, Fieri, Villana, Thone, Guittone, Iohannes, Ursellus, Vecchius, Andreas, Ughiccio, December, Vivianus et alius Vivianus, Bonfiliolus, Bellone, Aldibrandinus, Spin[a?], Gerardinus, Ruspilius, Bellandus, alius Iohannes filius qd. Scotti, Bonicus filius Magiori, Accursus; quos omnes ass[e]rebat Duga esse manentes predicte canonice et ad predictam curiam (S.) Petronille de Massa Macinari[a] pertinere debere; de quibus omnibus dicebat se pro canonica et ipsam canonicam de iure placitum et districtum habere debere et non Tiniosum et quod placitum et destrictum ut Tiniosus non imbrigaret sibi petebat; quatinus Duga pro canonica et canonica quomo(do) [1] possessoris statim deinceps fungatur et Tiniosus honere petitoris gravetur, quia Duga quasi in rem agere videtur et quia Tiniosus post iudicium malitiose a causa cessavit; tali tenore et lege, quod qualicumque die Tiniosus venerit ad iustitiam faciendam, dato convenienti pingnore consulibus treuguanis, [ad eorum] voluntatem, semper antequam causa inde fiat vel rationem habeat Tiniosus, reddat huius teneris [expensas],

scilicet: sol. L pro dato civ. et sol. III de breve isto et V den. missorum, nisi in quantum consules cognoverint hanc possessionem fraudulenter fore petitam in totum vel in partem, tunc nichil de eo, in quo fraudem admmisit, reddi faciant, tamen Duga semper deinceps pro canonica vel ipsa canonica seu ipsi canonici vel alia persona pro eis habeant liberam potestatem placitandi et distringendi predictos homines de Massa Macinaria, sicuti domini habent et soliti sunt placitari et distringere suos homines, in quibus habent iurisdictionem et potestatem placitandi et distringendi, absque ulla contradictione vel molestia predicte canonice vel alii pro ea a Tinioso vel aliqua persona pro eo inferenda vel f[a]cienda et salva ratione omnium aliarum personarum. Presentia: Viviani Boetii, Enrigi qd. Lotterii, Blanconis causidici, Thoccoli iudicis et aliorum. A. MCLXXXIV, XII kal. dec., ind. III. Suprascripti homines ibi fuere. Otto not. imp., suprascriptorum treuguanorum scriba.

*Originale :* O. 72.

[1] *Così l'orig. per* commodo

1522. *Lucca, 5 Dicembre 1184.*

Ildibrandus causidicus, Ubertus Tadulini atque Guidoctus Gerardi, Travalii filius, Luc. causarum consules treuguani, infra Luc. civ., intus eccl. S. Sentii residentes, bonorum hominum presentia quorum nomina inferius continentur, investierunt Guaschum advocatum eccl. et abbatie S. Petri de l. Potioli, quatinus per eorum parabolam et ex eorum parte et ex publica Luc. civ. auctoritate sit in tenere et possessione pro ipsa eccl. et abbatia in medietate omnis iuris et actionis atque melioramenti, Guidoni clerico de Picciorano qd. Lamberti pertinente, de una petia de terra, quam a suprascripta abbatia per tenimentum detinet cum g. suo, unde annuatim in sua parte abbatie star. V inter granum et milium per medium solitus est reddere; que terra est campus cum arboribus super se, et tenet: unum caput in terra Ildibrandini et in terra Tempagnini, cum fossa infra se, aliud in terra quam abbatia sibi reservavit, sicut termini positi erant,[1] latus unum in terra et media fossa Mattafelonis, (aliud) cum fossa infra se in terra hospitalis de Altopascio; et est per mensuram tres quarre; pro ipsa et omnibus aliis eius bonis pro star. V grani et V milii capitale inter hoc annum et preteritum et pro pena tenimenti quinque staria inter granum et milium, de quo tenimento petebat, secundum constitutum civitatis, de duobus tria ab eodem Guidone cl., quam blavam estimavit XL sol. Quod totum sic esse consules per fidem suprascripti advocati cognoverunt, quod tamen Guidone cl. abbatie debet et ipse, post dationem pignoris, malitiose a causa

cessavit; tali lege atque tenore, quod qualicumque die dehinc ad unum proximum annum Guido venerit ad iustitiam faciendam abbatie, dato convenienti pignore in manus consulum treuguanorum, ad eorum voluntatem, et reddito primum quod pro hac investitione datum est, videlicet: sol. II de dato civ. et den. XII de brevi isto et V missorum, hec possessio et teneris immissio in eum revertatur, abbatia semper deinceps habente et lucrante de fructibus huius investitionis ad rationem secundum quod venerit den. IV per quamque libr. omni mense, nomine pene, pro rata temporis, et quantum minus exinde habuerit, totum super hac investitione et obligatione permaneat. Si post annum Guido venerit, dato pignore et semper ante et post annum priusquam causa fiat vel rationem habeat, reddat totum quod pro hac investitione datum est, nisi in quantum consules treuguani cognoverint, quod hec possessio fraudulenter petita sit in totum vel in partem, tunc de eo in quo fraudem admisit, nichil reddi faciant et fructus vel penas perceptas fraudatorem restituere cogant; et post annum abbatia sit possessor huius investitionis ad i(n)star pignoris conventionalis et semper lucretur penas pro rata temporis, donec debitum probaverit vel probare parata fuerit, nisi post annum visum fuerit consulibus quod per eum malitiose stet et honus probationis semper incumbat abbatie, quia personaliter agit, et salva ratione aliarum omnium personarum. Haec acta sunt presentia: Sesmundini qd. Sesmundelli, Duge Strambi filii Addimaris q. presentes tt. interfuerunt. A. MCLXXXIV, non. dec., ind. III. Supradicti homines ibi fuere. Accursus not. imp., suprascriptorum consulum treuguanorum scriba.

*Originale:* E. 149.

1 *Non è sicuro se debba leggersi* erunt *ovvero* erant

1523. *1184.*

« Investitio eiusdem Nigri[1] qd. Bruni de predicto masio, quod emimus a Soffreduccio et consortibus ab eccl. S. Martini; unde debet ipse Niger per tenimentum debet reddere annuatim[2] ipse et eius heredes et proheredes in mense sept. duo star. grani et VII den. et med.[3] A. Domini MCLXXXIIII°. Petrus not. ».

*Regestum A, c. 2.*

1 *Cf. il reg. n. 1511, cui si riferisce.* 2 *Segue* duo *cancellato.* 3 *Segue* habendo *cancellato.*

1524. *18 Febbraio 1185.*

« Sacramentum fidelitatis omnium hominum de Gragno ecclesie S. Martini. A. Domini MCLXXXV, du(o)decimo kal. martii. Albertinus not. ».

*Regestum A, c. 4 v.*

1525. *Lucca, 22 Marzo 1185.*

A. MCLXXXV, XI kal. apr., ind. III. Nos Gualteroctus f. Bonifatii et Guilia eius uxor et (filia) qd. Pedronis, michi Guilię consentiente marito meo, et eidem Bonifatio patre suo, per hanc cartulam vendimus et tradimus equaliter vobis Bianco qd. Bornetti et Rubeo qd. Gialdi medietatem et plus pro indiviso de una petia de terra nostra et omne ius et actionem, tenimentum et melioramentum seu libellum, quod nobis pertinet de altera parte ipsius terre; que petia est ortus cum arboribus in l. u. d. Prato S. Columbani, et cum capanna et casa super se habente, et tenet: caput in via publica, aliud in terra et media fossa Franceschi et Sesmondelli, latus in terra et media fossa Leopardi et fratris, aliud in terra et media fossa filiorum qd. Pinelli. Confitemur a te pretium accepisse, libr. LVI et sol. V Luc. den. Repromittimus nos si inte(n)ctionaverimus et non defenderimus, componere venditionem in duplum, sub pena dupli et consulum et treguanorum presentium et fucturorum Luc. vel alterius potestatis, quę pro tempore Luce dominabitur. Act. Luce, in domo predicti Bonifatii. S. m. iugalium, Bonifatius suo f. consensit, et Gualteroctus Guilie consensit; ubi interfuit noctitiam Bartholomei et Perfecti gg. qd. Corsi propinquioribus eius, a quibus secundum legem interrogata fuit eo quod libera sua voluntate distraebat, ideo vendictionem fecit; et insuper cum suo viro et predictorum omnium notitia et consensu obligaverunt omnia eorum bona iure pignoris et ypotece predicti iugales Bianco et Rubeo, si terra ractionabiliter vel secundum constitutum civitatis eis fuerit evicta seu in dampnum vel menimantiam inde venerint ractionabiliter, dum tamen solvant a(n)nuatim pensionem canonacis S. Martini Luc. episcopatus sol. III Luc. den., ut consuetum est solvi de illa parte predicti orti, que quondam fuit Corsi qd. Falconis. S. m. Marchesini qd. Lamberti et Aldibrandini qd. Iohannis et Valenthanus f. Gerardini Riccii; in quorum presentia dixerunt iugales se fecisse inquisictionem consortum secundum constitutum civitatis. Iacobus not. imp.

*Originale:* R. 57.

1526. *Lucca, 20 Maggio 1185.*

Thocculus iudex atque Suffredus qd. Morettini Luc. causarum consules treuguani, infra Luc. civ., intus eccl. S. Sentii residentes, bonorum hominum presentia quorum nomina inferius continentur, investierunt Guaschum advocatum ęccl. et abbatie S. Petri de Potioli, quatinus per eorum parabolam et ex eorum parte et ex publica Luc. civ. auctoritate sit in tenere et possessione pro abbatia in medietate omnis iuris et actionis

atque melioramenti pro indiviso, pertinente Amico qd. Lamberti de Picciorano, de una petia de terra, quam a suprascripta abbatia per tenimentum detinet, unde annuatim solitus est reddere inter se et Guidum g. suum abbatie star. x inter granum et milium per medium pro ipsa et omnibus aliis suis bonis pro star. v grani et v milii et v star. inter granum et milium pro tenimenti pena de duobus preteritis recoltibus, de quo tenimento iamdictus advocatus a iamdicto Amico de duobus tria petebat, quam blavam in summam XL sol. den. Luc. redegit; quod debitum sic esse consules per fidem advocati cognoverunt et Amicus post dationem pignoris malitiose a causa cessavit. Tali lege etc.[1] Haec acta sunt presentia Boneiuncte iudicis, Iacobi causidici f. Gervascii atque Beccafave de Classo, qui presentes tt. interfuerunt. A. MCLXXXV, XIII kal. iun., ind. III. Non est pretermittendum quod suprascripta petia tenet: unum caput in terra Aldibrandini et in terra Tempagnini cum fossa infra se, aliud in terra quam abbatia sibi reservavit, sicut termini positi erant,[2] latus unum in terra et media fossa suprascripti Tempagnini, reliquum latus in terra et media fossa Mattafelonis cum fossa infra se in terra hospitalis de Altopascio, et est per mensuram tres quarre et in eodem loco. Accursus not. imp., suprascriptorum consulum treuguanorum scriba.

*Originale:* E. 127.

[1] *Segue come nel reg. n. 1522.* [2] *È dubbio se debba leggersi* erunt *ovvero* erant

1527. *Terme, 22 Luglio 1185.*

A. MCLXXXV, XI kal. aug., ind. III. Nos Bene et Guerrisius gg. qd. Ricii et Movilia uxor suprascripti Bene et filia qd. Gualfreducii et Stefanus qd. Olivoli et Conciata uxor eius et filia qd. Viviani et Martius qd. Rodolfini et Bona uxor eius et filia qd. * * et Amicus qd. Cecii et Amata uxor eius et filia qd. Grilli et Blancus qd. Capitonis et Berta mater eius relicta suprascripti qd. Capitonis et Gratianus qd. Benetti et Dulcera uxor eius et filia suprascripti qd. Grilli, nobis Movilie et Conciate et Bone et Amate et Dulcere consentientibus viris nostris, ubi interfuit notitia Aldrici iudicis imp., a quo interrogate sumus, et michi Berte consentiente iamdicto Blanco f. meo[1] secundum edicti paginam, per hanc cartulam pro animarum nostrarum et parentum nostrorum remedio offerimus tibi Ozie abbati mon. S. Petri de Potheoli ad partem et utilitatem mon.[2] petiam unam de terra nostra, q. est in l. u. d. ad Terme, prope molina mon., per quam gora de predictis molinis currit; que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra nostra, quam nobis reser-

vamus, latus unum in terra mea q. supra Bene, alterum in terra quam mon. a nobis tenet, et est per longitudinem pedes LXXX, per latitudinem pedes XIX. Hanc petiam, et cum omni iure et actione nobis exinde pertinentibus, tibi, ad partem et utilitatem mon., offerimus, quatenus a presenti die in antea, tam in vita nostra quam et post obitum nostrum, suprascripta petia sit in proprietate mon. et in potestate abbatum, qui per tempora ibi fuerint ordinati ibique Deo officium fecerint, eam habendi et fruendi, ad eorum tantum usum et pauperum et utilitatem mon. Pena dupli et arg. libr. X; et nos nostrosque heredes obligamus sub pena Luc. consulum et treguanorum vel potestatis, que nos pro tempore distrinxerit. Act. in predicto l. Terme, ad molina mon. Insuper omnes predicti promiserunt et convenerunt abbati, sub omnibus predictis penis, quod non facient nec fieri consentient aliquod edificium a molino mon. inferius usque ad molinum Alexandrini, quod possit nocere molinis mon. Predicte mulieres omni suo iuri de predicta petia sibi pertinenti abrenuntiaverunt. Predicti viri et mulieres hanc cartulam fieri rogaverunt, et Bene et Stefanus et Martius et Amicus et Gratianus uxoribus eorum consenserunt, et Blancus Berte matri sue consensit. Pandolfinus qd. * * et Grillus qd. Petri et Aldebrandinus qd. Curradi et Bernardinus del Staffa tt. interfuerunt. Aldricus iudex ac not. Fedrici imp.

*Originale:* F. 101.

1 *Il passo da* interrogate *a* meo *è scritto su rasura.* 2 *Il passo da* ad partem *a* mon. *è scritto su rasura.*

1528. *Lucca, 2 Settembre 1185.*

A. MCLXXXV, IV non. sept., ind. IV. Nos Guido qd. Paganelli de Campori et Mattelda uxor eius et filia Guinisii causidici, mihi Mattelde consentiente viro meo, ubi interfuit notitia patris mei et Rustici g. mei propinquiorum meorum, a quibus interrogata (sum) secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Bono qd. f. Bonichi unam petiam de terra, q. est campus cum arboribus super se, in l. Rotta, inter Tassignanum et Paganicum, et tenet: unum caput in via publica, alterum in terra et dimidia fossa Sofreduccii qd. Ugolini, latus in terra et dimidia fossa suprascripti Sofreduccii et filiorum Gelse et in via publica, alterum in terra et dimidia fossa eccl. S. Stefani de Tassignano et in terra Dainesi qd. Pagani; quam cum suis pertinentiis tibi vendimus et tradimus. Recepimus pretium, libr. XLV Luc. den. Pena dupli, insuper arg. libr. XX et sub pena Luc. consulum et treuguanorum et potestatis presentium et futurorum. Act. Luce. S. m. iugalium, Guido uxori sue consensit;

prefati propinquiores Mattelde eam interrogaverunt, ut dictum est. S. m. Bongii qd. Bongialvini, Granelli de Lischia qd. * * tt. Dulcis not. imp.

*Originale:* H. 100.

1529. *Lucca, 9 Ottobre 1185.*

Breve memorie, qualiter in Luc. civ., prope canonicam S. Martini, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius scripta sunt, Tolomeus presb. et can. et camerarius eccl. et canonice B. Martini, cum consilio et accordamento Duce filii Strambi advocati eiusdem eccl., pro se et toto capitulo, per cartam, quam in sua detinebat manu, investivit Geminianum qd. Albertini de una petia de terra cum casa et cellario et rebus massariciis super se et de omnibus terris cultis et incultis atque agrestibus, quante ad predictam casam et rem massariciam sunt pertinentes, et esse videntur in l. et fin. Masse Macenaie, quę fuerunt tenimentum Ciabbati et Berte uxoris; quatinus Geminianus et sui heredes dehinc ad XXV proximos annos haberent et tenerent eas ad lab. et meliorandum et non peiorandum, ad reddendum pensionem per singulum annum in die festo s. Michaelis de sept., tractum et paratum ad canonicam, star. VI de bono grano sicco et rationabiliter mundo et star. VI de milio bono, cum iusto star. Luc. venditorio, et ille qui hoc representaverit, debet habere semel per annum commestionem panem et vinum et caseum rationabiliter; et ad reddendum omni anno eis solitam et antiquam pensionem et obedientiam, scilicet star. XV vini musti, cum iusto star. affictareccio,[1] et sol. V et den. I et in alia parte II den. et medium pro pascioratico. Presb. Tolomeus spopondit, quod ipse vel sui successores dehinc ad terminum XXV annorum non debent tollere predictas terras aut aliquid superimponere Geminiano vel suis heredibus, sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret, ac libr. X arg.;[2] et Geminianus promisit et se suosque heredes obligavit dare pensionem, sub predictis penis. In presentia: Angerelli qd. Arducci, Melotti f. Andree, Benchasani qd. Manassei. A. MCLXXXV, VII id. oct., ind. IV. Petrus sacri pal. iudex et not. Frederici imp.

*Originale:* S. 122; *Regestum B, c. 39 v.* *Nel verso della carta, da mano del sec. XV:* Vacant iste cartule.

[1] *Il Reg. B ha:* afflctale [2] *Le parole* ac libr. X arg. *sono nell' interlineo.*

1530. *Lucca, 13 Novembre 1185.*

Breve recordationis, qualiter in Luc. civ., in eccl. S. Sentii, bonorum virorum presentia quorum nomina inferius apparebunt,

causa seu lis, q. vertebatur inter Melottum, constitutum advocatum canonice S. Martini a canonacis ipsius canonice, coram treguanis litigantem, ab una parte, pro canonica, et Ardicionem Malisartis, constitutum advocatum eccl. S. Concordii, ab Henrigo cappellano ipsius eccl., coram treguanis pro ipsa eccl., ab altera, delata coram Thoccolo iudice, Alphano qd. Ubertini Rossi atque Soffredo Partis Luc. causarum consulibus treguanis, talis erat: Petebat Melottus a prefato Ardicione, ut annuatim, more solito, tribueret de cetero omnibus canonacis in festivitate s.[1] Almundi refectionem honeste, vel postea, infra VIII proximos dies, sol. VIII Luc. den., si, necessitate coacta, eccl. predicta refectionem dare non potuerit; Ardicio negabat et e converso petebat a Melotto, ut de cetero non inbrigaret eccl. S. Concordii de predicta exactione; Melottus negabat. Uterque confitebatur conventionem cartule scripte manu Dulcis not., preter quod Ardicio negabat per longa tempora refectionem datam fuisse. Dicebat Melottus quod Leo et Albertus, nunc presbiteri S. Concordii, ante conventionem et postea dederunt canonacis refectionem; Ardicio negabat refectionem dedisse, set confitebatur quasi adiutorium dedisse quasi ferculum ad refectionem eorum valens sol. IV et non plus, et ante et postea, set per paucas vices et non pro eccl. S. Concordii, set canonicorum subiectione, et uterque confitebatur, quod erant administratores et rectores eccl. S. Concordii. Dicebat Ardicio quod erant XXV anni quod refectio non fuit data. Melottus confitebatur. Litem, legitime ventilatam, consules taliter per laudamentum finierunt, Thoccolus dicens: In nom. Domini, amen. Ego Thoccolus litis cognitor, cum consilio et accordamento sociorum meorum, litem sic diffinio: Ardicionem, pro eccl. S. Concordii, ut annuatim de cetero solvat canonacis sol. VIII pro refectione in die festivitatis s. Almundi condenno, et ab omnibus aliis petitionibus utramque partem absolvo. Hec acta sunt presentia: Iacobi iudicis, Dughe Strambi, Boni qd. Benettonis Medicini, Iacobi not., Accursi qd. Peconi. A. MCLXXXV, id. nov., ind. IV. Vernus not. imp.

*Originale:* M. 174; *Regestum B, c. 67. Cf. il reg. n. 1127.*

1 *Segue* Martini *cancellato.*

1531. *17 Novembre 1185.*

« Maginellus qd. Martini reddere tenetur annuatim Luc. capitulo star. VIII vini musti, ad star. affictareccium de ipso loco, et IIII^or^ den. et dimidium Luc. monete et unum den. pro pasciatico de duobus petiis de terris, q. sunt in l. Masse Macinarie. Carta manu Petri not. (A.) MC octuagesimo V, XV kal. decembris ».

*Regestum B, c. 34.*

1532. *Ponte S. Pietro (Lucca), 26 Dicembre 1185.*

Breve memorie, qualiier extra Luc. civ., prope Pontem S. Petri, presentia bonorum hominum nomina quorum inferius apparebunt, Guilielmus presb. rector et dominus constitutus eccl. S. Petri et iamdicti pontis et Guerrisius atque Ugolinus et Niffus consules suprascripte eccl. et iamdicti pontis et vicinantie et Iudeus conversus eiusdem eccl. et vicinantie concordati sunt, quod predictus presb. Guilielmus pro eccl. et ponte debet Viviano qd. Petruchi libr. XXIV den. Luc. monete cap(itale) et Piero pistori libr. VIII den. cap(itale) et sol. X pro usura eorundem et filie qd. Caroccii libr. VII capitale et Bartholomeo qd. Angiorelli libr. IV et sol. VII et Bonamico tabernario sol. XLIV cap(itale) et Bernardino matonario sol. XXVI den. Luc. monete cap(itale), pro calcina empta ab eo, et Bifolco sol. XXXII cap(itale) et Chirardino de Marlia sol. XX cap(itale) et sol. XI Scalthacani cap(itale) et Orlandino Galli sol. X cap(itale). Item Lamberto tabernario sol. VII cap(itale) et Henrichetto f. Pugnetti sol. VII, minus den. IV, et Bruccardino tabernario sol. III et dimidium. Item Dominico pistori sol. V et dimidium et Gerardino tabernario sol. V, minus den. IV, et Ugolotto fabro sol. III. Item libr. VI den. cap(itale) Piloso et sol. XXX pro minuto debito et filio Salerne sol. XV et Orlanduccio Mediopreiti sol. XIX, minus den. XII. Item Petro de Barga sol. III. et dimidium. Presentia: Bernardini qd. Bernardi nuntii treguanornm et suprascripti Orlandini Galli. A. MCLXXXVI, VII kal. ian., ind. IV. Supradicti homines ibi fuerunt. Scottus not. imp.

*Originale:* B. 98.

1533. *2 Gennaio 1186.*

« Boldrone et Aldemarius gg. qd. Tasche promiserunt Luc. capitulo non litigare predicta masea[1] perpetuo et exinde esse actores. Manu Petri not. (A.) MCLXXXVI, IIII non. ian. ».

*Regestum B, c. 94.*

[1] *Cf. il reg. n. 1518, cui si riferisce.*

1534. *Verona, 5 Marzo (1186).*

Urbanus (papa). Dilectis filis D(amiano) primicerio et Matheo can. Luc. Cum felicis memorie pater ac predecessor noster Lucius papa terram quandam emerit in vestre territorio civitatis, quam, sicut accepimus, piis locis proposuerat inpertiri, eo ex presenti vita vocato, nos qui successimus, disponente Domino, loco eius, bonum ipsius propositum, prout Dominus dederit, exequi studiose debemus. Quia vero terra illa quinque mod. esse

proponitur, duos mod. cenobio S. Marie de Pontetecto, tertium eccl. S. Pantaleonis, quartum eccl. S. Martini, quintum eccl. S. Reparate per vos precipimus assignari. Biadum vero, habitum de fructibus terre anno presenti, partim ecclesis S. Pantaleonis et S. Marie, partim pauperibus decernimus vestris manibus dispensandum. Dat. Veron., III non. mar.

*Copia 1186, maggio 18, di* Gerardus iudex et n. t. imp., *inserta nella carta:* S. 54. *Kehr, Italia Pontificia, III, 405, n. 46; Kehr, Nachtr. zu den Papsturk. Ital. III, 484, n. 20. Cf. il reg. n. 1537.*

1535. *Lucca, 6 Maggio 1186.*

Breve memorie, qualiter in Luc. civ., intus claustrum canonice eccl. B. Martini, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius scripta sunt, Tolomeus presb. et can. et camerarius suprascripte eccl., cum consilio et accordamento presb. Damiani primicerii et presb. Caronis et presb. Giaffari atque magistri Hermanni confratrum suorum, pro se et toto capitulo, per cartam, quam in sua detinebat manu, investivit Albertinum qd. Albertini de una petia de terra suprascripte eccl., quȩ est ortus, tres quarre vel si plus est, et esse videtur non procul a Luc. civ., prope pusterulam S. Alexandri; que tenet: unum caput cum latere in viis publicis, alterum caput cum tota fossa infra se in terra, q. fuit qd. Uchicionis Pauli, alterum latus in terra et media fossa Ranucci qd. Rodolossi et Guidotti Travallie et de suis consortibus; quatinus Albertinus et sui heredes, donec presb. Tolomeo et camerario et suis successoribus placuerit, haberent et tenerent predictam petiam de terra ad lab. et levandum ibi habiturium et ad reddendum de ea pensionem per singulum annum in mense madii ad suprascriptam canonicam sol. L den. Luc. monete, ad voluntatem sui prenditoris. Haec omnia Albertinus observare promisit, sub pena dupli et consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quȩ Lucam distringeret. Preterea tale pactum fuit inter eos, quod si aliquo tempore Tolomeus camerarius vel sui successores tulerint prefatam terram Albertino vel suis heredibus, quod ipsi debent emere ab eis suprascriptum habiturium, in laude duorum communium amicorum magistrorum; et si Albertinus vel eius heredes dimiserint terram cum sua voluntate, debent condonare Tolomeo vel eius successoribus sol. XX de eo quod supradicti magistri laudaverint, si ipsi voluerint emere. Tolomeus Albertino convenit et promisit et se suosque successores obligavit, si ipse vel heredes habitaverint in supradicta terra per triginta annos vel quocumque temporis curriculo ibi etiam si filii nati fuerint, non causabunt

nec distringent eos per manentes vel per colonos, sub predictis penis. In presentia: Melotti f. Andree, Henrichi qd. Brancaleonis. A. MCLXXXVI, prid. non. madii, ind. IV. Petrus sacri pal. iudex et not. domni Frederici imp.

*Originale:* L. 173. *Nel verso, di mano dello stesso* Petrus*:* Locatio terre de Piscille*; poi da mano del sec. XII-XIII:* De orto nostro, ubi moratur Pecora*; e da mano del sec. XIII:* Prope posterulam S. Alexandri, *e sopra* Alexandri *nell'interlineo:* Martini, *cioè* S. Martini. *D'altra mano del sec. XIII:* Vacat ista locatio.

1536. *Pescia, 15 Maggio 1186.*

A. MCLXXXVI, id. madii, ind. IV. Ego Rustichellus qd. Rodolfini per hanc cartulam, nomine dotis, do[1] et trado tibi Dichindello f. Serandi pro Mateldina f. mea duas petias (de) terris, q. sunt canpora; prima dicitur in Forcole; que tenet:[2] capita anbo in terra filiorum qd. Fraschonis, et[3] latus in terra filiorum qd. Petri de Sexo, alterum in terra ecl. S. Andree de caustro Barelie; secunda d. tra le gore Haltopasciane; que tenet: unum caput in terra hominum de Vecchiaria, alterum in terra Ghinbi cum suis consortibus de l. Aramo, latus in terra Guidi Saracini, alterum in terra heredum qd. Mainecci Carucchi. Recepi meritum, parium unum pellis conilii coperte clamitem ischerlatti. Pena dupli et libr. XX Luc. den. Act. Piscie Maiori, in ferraia. Rustichellus hanc cartulam fieri rogavit. Rainaldinus qd. Guiducci et Cherabocte qd. Ranucini et Bifolcus qd. Gerarducci tt. interfuerunt. Albertus not. imp.

*Originale:* P. 130.

1 *Corretto da* dono 2 *Segue* unum *cancellato.* 3 *Seguono le parole* alterum caput *cancellate.*

1537. *Lucca, 18 Maggio 1186.*

Breve memorie, qualiter presentia bonorum hominum quorum nomina inferius descripta reperiuntur, Dammianus presb. et primicerius et presb. Matheus canonaci S. Martini, ex mandato domini pape Urbani tertii, conplente voluntatem et dispositionem predecessoris sui domini pape Lucii de quibusdam terris, quas predictus pp. Lucius emerat in territorio Luc. civ., secundum tenorem litterarum eiusdem pp. Urbani, de octo petiis de terris, q. sunt in l. et fin. u. d. Stermaliatico et prope eccl. S. Petri de Vico Solari; medietatem pro indiviso assignamus ecclesie S. Martini Luc. episcopatus; quinque quarum sunt in l. et fin. Vichi Solari, in capella S. Petri de ipso l.; prima est campus cum arboribus et vitibus et capanna super se et res massaricias; quȩ regitur et laboratur per Lambertuccium massarium qd. Hen-

richetti, in ea residentem; et est per mensura star. VIII et scale IV; quę tenet: unum caput in via publica, alterum in terra eccl. et mon. S. Iustine, latus unum in classo, alterum in terra eccl. S. Petri de ipso l.; secunda est ibidem, canpus cum arboribus et vitibus super se, quam detinet idem Lambertuccius; que est per mensuram star. VIII, minus scala I, et tenet: unum caput in terra Marchesi et filiorum qd. Ciuffe, alterum in terra suprascripte eccl. S. Petri, latus unum in terra suprascripte eccl. S. Iustine, alterum in terra Uberti qd. Sicherii; tertia est u. d. Canpora, canpus cum arboribus et vitibus super se, quam detinet predictus Lambertuccius; quę est per mensuram star. VII et scale II, et tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Villani qd. Tadolini, latus unum in terra suprascripte eccl. S. Petri et in terra Vicori et Ciabatti qd. Burnecti, alterum in terra suprascriptorum Marchesi et ff. qd. Ciuffe; de quibus reddit omni anno in perpetuum predictus Lambertuccius star. X de grano et tantumdem de milio, cum iusto star. Luc. venditorio; quarta pe[tia ibi]dem, canpus cum arboribus et vitibus super se, quam detinet Batosta; que est per mensuram star. IX et scala I et dimidia, et tenet: anbo capita in viis publicis, latus unum in terra suprascriptorum Marchesi et ff. qd. Ciuffe, alterum in terra Grilli de Furno; quinta est canpus cum arboribus et vitibus super se, quam detinet idem Batosta; quę est per mensuram star. VII, minus media scala; et tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Monachi de Octavo, ambo latera in terra suprascriptorum Marchesi et ff. qd. Ciuffe, unde reddit omni anno predictus Batosta libell. nom. in perpetuum star. VI de grano et star. V de milio, cum predicto star.; que fuerunt conperate a Filippo f. Paganecti, ut continetur in cartula scripta manu Petri not. Tres petie quarum sunt in l. et fin. Vichi Solarii, non procul a Luc. civ. u. d. Fabrorum, quas detinet Ildebrandinus da la Sepe; prima est canpus, quę tenet: unum caput cum uno latere in terra filiorum qd. Pinelli de Cortina, alterum caput in terra, quam infra tibi Moroni vemdimus, alterum latus in terra Guidocti qd. Ciuffe; et est per mensuram star. XVII et scala I et dimidia; secunda est canpus ibidem, per mensuram (est) star. VIII et media scala; quę tenet: unum caput in terra filiorum qd. Guilielmi, alterum in terra eccl. et canonice S. Fridiani, latus unum in terra suprascriptorum ff. qd. Pinelli et in terra suprascripti Guidocti et in suprascripta petia prima, alterum in terra suprascripti Guidocti; tertia est canpus cum arboribus super se, ibidem, et est per mensuram star. VIII et scale III, vel si plus invente fuerint; quę tenet: unum caput in terra suprascriptorum ff. qd. Guilielmi, alterum in terra, quam

detinet Segnorectus qd. Menchi de Vico, latus unum in terra Guidocti qd. Denaioli et in terra Riccardini de Burgo, alterum in terra suprascripti Guidocti qd. Ciuffe; de quibus reddit nobis omni anno per tenimentum star. XIV de grano et XII de milio primaticcio, cum iusto star. Luc. venditorio; que fuerunt comperate ab Buiamonte qd. Benedicti, ut continetur in cartula scripta manu Petri not.; quatinus suprascripta medietas sit in proprietate et possessione et dominio suprascripte eccl. S. Martini, et ita quod de cetero non liceat ulli rectori predicte eccl. predictam medietatem vendere vel alienare; set semper debeat remanere in proprietate et possessione predicte eccl. S. Martini et in eius dominio et ad utilitatem canonicorum et clericorum ibidem commorantium et existentium atque Deo deservientium. Hanc assignationem fecerunt Dammianus presb. et Matheus presb. ecclesie S. Martini, secuti has litteras apostolici bullatas.[1] Hoc factum est Luce, in canonica S. Martini; presentia: Cervascii qd. Rodu[l]fi et Amistade qd. Albertini et Arrighi qd. Gerardini. A. MCLXXXVI, XV kal. iun., ind. IV. Dammianus primicerius et Matheus presb. suprascriptam assignationem fecerunt. Suprascripti homines *(?)* ibi *(?)* [fue]re. Gerardus iudex et not. imp.

*Originale:* S. 54.

[1] *Segue il reg. n. 1534.*

1538. *Canonica di S. Martino (Lucca), 18 Maggio 1186.*

Damianus presb. et primicerius et presb. Matheus canonaci S. Martini Luc. episcopatus, ex mandato domini pape Urbani III, complente voluntatem et dispositionem predecessoris sui domini pape Luci de quibusdam terris, quas papa Lucius emerat in territorio Luc. civ., secundum tenorem litterarum eiusdem pape Urbani III, tres cultras et XVII star., que sunt ultra flumen Auseris in l. et fin. u. d. ad S. Agnetem, sicut per capita et latera designantur in cartulis scriptis manu tabellionum, pro indiviso, assignamus duas partes mon. S. Marie de Pontetecto, ita quod non liceat ulli persone vel loco abbatisse iamdicti mon. vel eius rectoribus predictas duas partes vendere vel alienare, set semper remaneant in proprietate et possessione et dominio mon., ad utilitatem abbatisse et eius monacarum et clericorum in mon. deservientium et officium Deo facientium. Hoc actum est et factum in canonica S. Martini Luc. episcopatus, presentia: Cervascii qd. Rodulfi et Amistade qd. Albertini et Arrigi qd. Gerardini. A. MCLXXXVI, XV kal. iun., ind. IV. Damianus presb. et presb. Matheus suprascriptam assignationem in mon. et ad eius partem assignavere vel assignaverunt, fecere vel fecerunt. Supradicti

homines tt. ibi fuere. Gerardus iudex et not. imp. ibi fuit et, ex mandato et parabola suprascriptorum canonicorum, predicta descripsit.

*Originale: E. 25; Regestum B, c. 6 v con la data 17 luglio 1186.*

1539. *Verona, 13 Giugno 1186.*

Urbanus (papa). Guidoni archipresb. Luc. eccl. eiusque fratribus. Predecessorum nostrorum Gelasii, Eugenii, Anastasii, Adriani et Alexandri vestigiis inherentes, antiquas eccl. vestre atque rationabiles consuetudines confirmamus *etc. (come nella bolla di Alessandro III, 1173, marzo 23, cf. il reg. n. 1309 fino a* laicorum*, quindi come nella bolla di Gelasio II, 1118, settembre 13, cf. il reg. n. 763 fino ad* arripiat, *poi)* aut publicas penitentias tribuat, sicut ab antiquo noscitur observatum, nec sententias et interdictum matricis eccl., rationabiliter latum, infringat; nulla etiam vestri episcopatus persona, sine consensu ep. vel priorum, q. locopositi nominantur, matricis eccl., si ep. absens fuerit, excommunicetur, nisi canonica et manifesta causa poposcerit; et quod ab ep. canonice ligatum fuerit, a nemine i[n irritum duci tempte]tur, salvo consilio in extremis agentium. Civ. vestre clerici et qui in suburbiis sunt, solitas obedientias ad crisma conficiendum et ad babtisma celebrandum, in letaniis *etc. (come nella bolla stessa di Gelasio II fino a* conventus, *poi)* quemadmodum ab antiquo fieri consuevit. Nullus clericorum *etc. (come nella stessa bolla di Gelasio II, fino a* pertinens, *poi)* vobis invitis celebrare presumat. Statuimus, ut si quis *etc. (come nella suddetta bolla di Alessandro III fino a* liceat vobis, *poi)* contraire, salva in testamentis canonica portione illis ecclesiis, de quarum parrochiis assumuntur corpora mortuorum. Statuimus, ut decime *etc. (come nella bolla medesima di Gelasio II fino a* iudicio, *poi)* nisi notoria culpa. Caritativa *etc. (come nella bolla di Adriano IV, 1155, aprile 16, cf. il reg. n. 1138, fino a* S. Fridiani, *poi)* hactenus suscepistis, [sic ta]m in eorundem fratrum refectorio quam in refectorio S. Pontiani et aliarum eccl. exhiberi vobis, secundum antiquam consuetudinem, precipimus illibata servari. Idipsum statuentes de procuratione, quam ab eccl. S. Concordii vobis solitum est conferri, quam presbiter illius eccl. in presentia Lucii pp. predecessoris nostri, dum adhuc cardinalis esset, sicut in autentico scripto eius habetur, se debere cognovit. Illas quoque possessiones *etc. (come nella stessa bolla di Alessandro III, fino a* confirmamus, *poi)* sub interminatione anathematis inhibemus, ne quis in cimiterio vel atrio eccl. vestre, quod omnimoda debet libertate gaudere, quicquam, presertim contra honorem ipsius eccl.,

proprietario iure vel etiam de consuetudine sibi vendicare presumat aut sepulturas fieri prohibeat. Decimas de Massagrossi et eius curte nec non decimas Gualdi a venerabili fratre nostro Willielmo, ep. vestro, canonice vobis concessas, sicut de iure pertinebant ad ipsum, salva tamen iusticia capellarum, que in predictis locis edificate sunt, et etiam plebis in cuius plebeio loca illa consistunt. Decimas quoque omnium parrochianorum vestrorum in curia vestra vel circa curiam commorantium, qui in ipsa eccl. quotidianis intersunt officiis, sicut ab eodem ep. canonice vobis concesse sunt, vobis confirmamus. Quascunque possessiones, quecumque bona possidetis, firma vobis et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: eccl. S. Mathei de F[o]ssa Natalis; extra civ.: eccl. S. Petri de Ponte Marchionis, eccl. S. Michaelis de Miate, quicquid iuris habetis in eccl. de Pedona, sicut in instrumento super hoc confecto habetur, hospitale S. Martini *etc. (come nella medesima bolla di Alessandro III fino a* Corliano, *poi)* Dat. Veron., per manum Alberti S. R. Eccl. presb. card. et canc., id. iun., ind. IIII^a^. A. M°C°LXXX°VI°, pontif. Urbani pp. III a. I.

*Originale:* BB. 56. *Sigillo pendente, perduto. Copia del sec. XIV:* BB. 57. *Pflugk-H., Iter Ital. 305, n. 819; Jaffé-L., n. 15631; Kehr, Italia Pontificia, III, 406, n. 47.*

1540. *25 Giugno 1186.*

Martius de Morteto qd. Viviani fuit confessus se in veritate esse manens ecl. S. Petri de l. Potheuli, quapropter ad s. Domini ęvvangelia iuravit fidelitatem abathie, scilicet, quod non erit in consilio vel facto seu ordinamento, quod predicta ecl. dolose vel fraudulenter admittat suas terras atque possessiones et quod habas et monaci atque conversi et missi abathie studiose recipiant malum vel dedecus[1] in eorum personis, seu prescionem, immo eos adiuvabit sine suo habere dando, et hec omnia iuravit observare bona fide et sine sua fraude, si Deus eum adiuvet et illa s. Domini evvangelia, super quibus manum posuit. Presentia: Arrichecti qd. Conecti et Carandi qd. Bornelli; in quorum etiam presentia Martius iuravit observare omne commandamentum et commandamenta, que ei, nomine sacramenti, pro bono abathie fecerint abas et monaci, q. in predicta ecl. sunt vel erunt, et quod non cessabit audire eorum commandamentum. A. MCLXXXVI, VII kal. iul., ind. IV. Iacobus not. imp.

*Originale:* X. 128.

[1] vel dedecus *è nell' interlineo.*

1541. *Ponte a Moriano (Lucca), 11 Agosto 1186.*

A. MCLXXXVI, III id. aug., ind. IV. Nos Gractus qd. Preitesecchi et Corsus f. Selvangni et Castellana filia suprascripti Gracti et uxor suprascripti Corsi, mihi Castellane consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Boctrichelli iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam in comutatione damus et tradimus tibi Guilielmo qd. Pieri, villicario eccl. et mon. S. Petri de Potheoli in plebe de Sexto, recipienti pro ipso mon., unam petiam terre, q. est vinea cum olivis, in l. Moriano u. d. Torchiari; tenet: unum caput in via publica, alterum in rio, latus in terra filiorum qd. Chiberti, alterum in terra Viviani Politi. Pro qua recipimus a te in comutatione unam aliam petiam de terra cum duabus olivis, que erat mon. et dixisti abatem mon. dedissem tibi parabolam nobis eam dandi; tenet: unum caput in via publica, alterum in terra nostra, latus in terra filiorum qd. Chiberti, alterum in terra filiorum qd. Bornecti Mingnarre, et dicitur Torchiari. Repromitimus tibi et abati, q. (fuerit) rector mon., et suis successoribus, si nos illis de ea intentionaverimus et non defenderimus, spondemus sibi componere nostram dactionem (in duplum), sub pena potestatis, que nos pro tempore distrinxerit. Act. prope pontem de Moriano. S. m. Vitalis qd. Homodei et Benecti eius f. et Tasche qd. Ardicionis tt. Post, in presentia suprascriptorum testium, in ipso l., Guilielmus dedit eam illis in tenimento, unde ipsi per se suosque heredes et proheredes convenerunt et promiserunt, ad penam LX sol. et sub pena potestatis, reddere omni anno de suprascripta terra mon. unam libr. olei, ad iustam libr., ad domum suam, et Castellana iuravit per Domini evangelia non lictigare nec molestare et non facere facere alicui alio homini ullo tempore aliquo modo mon. nec illos rectores, q. pro tempore eum regerint, de suprascripta comutatione. Boctrichellus iudex et not. imp.

*Originale:* F. 126.

1542. *11 Agosto 1186.*

Iohannes qd. Viviani et Bonus qd. Vitalis fuerunt confessi se esse manentes ecl. S. Petri de l. Potheuli, quapropter ad s. Domini evvangelia iuraverunt fidelitatem abathie, scilicet, quod non erunt in consilio vel facto seu ordinamento, quod predicta ecl. dolose vel fraudulenter admittat suas terras atque possessiones et quod habas et monaci atque conversi et missi abathie studiose recipiant malum vel dedecus seu prescionem in eorum personis,[1] immo eos adiuvabit sine suo abere dando; et hec omnia iuraverunt observare, et insuper omne comandamentum omniaque com-

mandamenta, quot et quanta, nomine sacramenti pro bono habathie eis fecerint predictus habas et monaci, q. in predicta ecl. fuerint, et quod non cessabunt audire eorum commandamentum, qui nunc ibi sunt vel in antea erunt; si Deus eos adiuvet et illa s. Domini evvangelia, super quibus quisque predictorum manus imposuit. Presentia: Peldivache qd. Martinecti et Gennarii et Nocte qd. Odolini et Guidi piscatoris. A. MCLXXXVI, III id. aug., ind. IV. Iacobus not. imp.

*Originale:* L. 25.

1 *Le parole* in eorum personis *sono nell' interlineo.*

1543. *25 Agosto 1186.*

Iacobus de S. Ianuario et qd. Arrichetti fuit confessus quod eius pater, cuius heres exstitit, iudicavit pro sua anima mon. S. Petri de l. Potheuli, ut anuatim de eius bonis darentur predicte ecl. unam liberam olei Luc. venditoriam tractam et paratam in l. Potheuli; et ideo Iacobus assignavit Ozie rectori venerabili predicti cenobii, ut anuatim predicta libera olei reddatur de terris et rebus, quas Iacobus habet in confinibus S. Ianuari et pro illis terris iamdicto abati convenit et promisit atque pro predictis rebus dare anuatim predictam liberam boni olei et sic se suosque heredes ac proheredes observaturos obligavit in perpetuum, sub pena dupli et consulum et treguanorum presentium et fucturorum Luc. vel alterius potestatis, que pro tempore Porgari et ipsum Iacobum distringerit. Presentia: Alcharisci doctoris et Gianni qd. Gotifredi et Cacciaregis qd. Benectini et Guilielmi qd. Henrigi. A. MCLXXXVI, VIII kal. sept., ind. V.[1] Iacobus not. imp.

*Originale:* I. 115.

1 *Nell'agosto 1186 correva l' ind. greca IV.*

1544. *25 Agosto 1186.*

Ozias abas et rector ecl. et mon. S. Petri apostoli de l. Potheuli, cum consilio Iacobi not. eiusdem ecl. avocati, per cartam, quam in sua detinuit manu, investivit Vernaccium qd. Moticonis per tenimentum et perpetuam locationem de terris, q. sunt canpi cum arboribus; prima est in confinibus Paganici in l. u. d. Pruneto, alia est a Classo S. Frigiani, et de omnibus aliis terris, q. pertinent predicte abatie ex parte Guidonis piscatoris et conversus iamdicte ecl., qui est g. predicti Vernaccii, quatinus ab hac hora in antea Vernaccius et sui heredes ac proheredes in perpetuum habeant et teneant predictas terras et res omnes mobiles et immobiles seu se moventes predicte ecl. pertinentibus ex parte pre-

dicti Guidonis, ad redditum ex eius anuatim dando in mense agusto star. II grani, Luc. star. venditorio pro tempore currente; et ideo Vernaccius convenit et promisit Ozie pro ecl. in perpetuum predictas terras et res tenere et star. II grani boni et sici in l. Potheuli reddere et predictas terras et res non peiorare et sic observare obligavit se et suos heredes proheredesque obligavit, sub pena dupli et consulum et treguanorum presentium et fucturorum Luc. vel alterius potestatis, que pro tempore Porcari distringerit. Et e converso predictus abas convenit et promisit Vernaccio et se suosque sucessores obligavit in perpetuum terras et res omnes pro predicto redditu relinquere et aliquid non superimponere et actor et defensor eis idem esse, sub omnibus prefatis penis et obligationibus. Presentia: predicti Guidi piscatoris et Iunii et Bondie gg. qd. Roncilii. A. MCLXXXVI, VIII kal. sept., ind. V.[1] Iacobus not. imp.

*Originale:* V. 24.

[1] *Nell'agosto 1186 correva l' ind. greca IV.*

1545. *7 Settembre 1186.*

Duga advocatus eccl. (et) canonice S. Martini Luc. episcopatus, pro ipsa canonica investivit Aldibrandinum qd. Rustichelli de duabus petiis de terris predicte canonice, que sunt campi cum pergulis undique; prima est in confinibus Fagnani, et est cum decem arboribus, et est cultra una, et tenet: unum caput cum uno latere in terra suprascripte eccl., quam detinet Petrus, aliud caput in terra S. Pontiani, aliud latus in terra Arrighi Conecti; secunda est ibidem, et est media cultra, et tenet: unum caput in via publica, aliud in terra S. Martini, quam tenet Petrus, latus unum in terra S. Pontiani, aliud in terra Guidi qd. Ugolini; quatinus ipse et sui heredes habeant et detineant eas ad lab. a proximo futuro festo s. Michaelis usque ad viginti annos, ad reddendum inde annuatim per affictum in mense aug. star. XII de grano et star. XII de fabis, et per totum mensem sept. star. XII milii, omnem blavam bonam et siccam et convenienter mundam, et ad iustum star. Luc. venditorium, tractum et paratum ad canonicam Luce, star. iustum dico per tempora currentem; et Duga convenit Aldibrandino, ad penam dupli et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et alterius potestatis, si qua pro tempore Luce prefuerit, quod non tollet ei terram neque ei amplius superimponet, et si abstulerit, salvabit eam de melioramento, si ibi fuerit; et Aldibrandinus convenit et promisit et sub eisdem penis (se obligavit), quod non dimittet eam; et si dimiserit eam, salvabit canonicam de (de)terioramento, si ibi fuerit; et Duga con-

venit ei esse actor et defensor de dolo et facto suprascripte canonice. Presentia: Nigri qd. Bruni, Lupi qd. Bonseri, Boni qd. Lamberti. A. MCLXXXVI, VII id. sept., ind. V. Guilielmus not. imp., rogatu utriusque partis, hec scripsi.

*Originale:* N. 45; *Regestum B, c. 50.*

1546. *12 Ottobre 1186.*

« Bellandinus qd. Benecti Termine reddere tenetur annuatim in termino XVIII annorum (Luc.) capitulo star. duodecim grani et star. XXIIII^or musti. Manu Guilielmi not. (A.) MCLXXXVI, IIII^to idus octubris ».

*Regestum B, c. 62 v; Regestum A, c. 46. Il Reg. A:* Locatio de terra de Scopicio Bellandino qd. Benecti Termi usque ad decem et octo annos pro XI *(sic)* star. grani et XXIIII star. musti. Item locatio de terra de Scopicio Glandulfino qd. Arrigetti, in eadem carta, pro VIII star. grani usque a(d) XVIII annos, qui iam completi sunt. Item, sub eadem carta, locatio de terra de Scopicio Scotto patri Aldibrandini di Via Cava; que modo non valet, quia alia locatio facta (est) ipsi Aldibrandino nova.

1547. *28 Ottobre 1186.*

« Sacramentum Gerardini[1] qd. Ranucci de manifastandis redditibus, quos habet canonica S. Martini in Gragno et Sommocologna; per quod sacramentum dixit quid reddat unusquisque S. Martino, sicut in ipsa cartula continetur. A. Domini MCLXXXVI, V kal. novembris ».

*Regestum A, c. 4 v.*

1 *Corretto da* Gerardinu

1548. *Lucca, 9 Novembre 1186.*

A. MCLXXXVI, V id. nov., ind. V. Nos Rolandus qd. Henrichi Peldiguerra et Berta eius mater [filia] qd. [...], mihi Berte consentiente suprascripto f. et mundualdo meo, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Ravignano qd. Baronis tres petias [de terris non] procul a Luc. civ. in l. et fin. Salissimo; prima est campus et pratus cum capanna et palmento et arboribus super se, quę tenet: [ambo capita] in terra et media fossa filiorum qd. Tegrimi, quam detinet *(?)* Ranucius *(?)*, latus unum [in] via publica, alterum in padule Auseris; secunda est campus [cum a]rboribus et pergoris super se ibidem; quę tenet: unum caput in terra et media fossa filiorum qd. Te*(?)*[...], alterum in via publica et aliquantulum in terra suprascriptorum ff. qd. Tegrimi, latus [...] Carindonis not. [et aliquantu]lum in terra, quam tibi vendidimus, et aliquantulum in terra et media fossa Pallie qd. A[...]; tertia est campus cum pergoris super se ibidem; quę tenet:

unum caput in terra et media fossa suprascripti Carindonis, alterum in terra et media fossa filiorum qd. Henrichetti, latus unum in terra et media fossa eccl. S. Marie filiorum qd. Corbi, alterum in terra suprascriptorum ff. qd. Ranucci et [me?]dia Cesana et in terra, quam tibi vendidimus. Item vendimus et tradimus tibi unam aliam petiam de terra, q. est palliaretum et osaretum cum arboribus et pescaia super se, ibidem; [quę te]net: ambo capita in terra et media fossa suprascriptorum ff. qd. Tegrimi, latus unum in suprascripta prima petia, alterum in medio flumine Auseris. Has quattuor petias, una cum omni iure et actione et proprietate nobis pertinente, tibi vendimus et tradimus et cedimus atque mandamus. Recepimus pretium, de tribus primis petiis, libr. cvi et de quarta petia, q. est palliaretum et osaretum, sol. c den. Luc. monete. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. Luce, in domo nostra, prope eccl. S. Marie filiorum qd. Corbi. S. m. Rolandi et Berte, Rolandus Berte matri sue consensit, et Berta omni iuri, sibi competenti, de suprascriptis terris renuntiavit, sub predictis penis. Preterea Rolandus et Berta, cum consensu ipsius Rolandi f. et mundualdi sui, Ravignano omnia bona sua mobilia et immobilia, quę habent vel habebunt, iure pignoris obligaverunt, tali pacto et lege atque tenore: si ipse vel eius heredes rationabiliter vel usualiter venerint in dampnum vel menimantiam de suprascriptis terris, quod ipsi emendabunt ei, infra unum mensem post inquisitionem proximum, sub pena dupli et sub omnibus aliis predictis penis. Insuper Rolandus ad s. Domini evangelia iuravit, venditionem toto tempore firmam et ratam habere et tenere et non facere litem vel molestiam Ravignano vel suis heredibus, et si ipse vel eius heredes rationabiliter vel usualiter venerint in dampnum vel menimantiam de ipsis terris, quod ipse emendabit ei infra unum mensem post inquisitionem proximum; si Deus eum adiuvaret et illa s. Dei evangelia, super quibus manum posuit. Intellectus in hoc sacramento et in suprascripto obligo talis est, quod postquam fuerit solutum totum illud debitum, quod usque modo factum est, quod postea de suprascripto obligo et de sacramento emendando non teneatur. S. m. Borgognionis qd. Homodei Trasei, Guilielmi qd. Malgratti tt. Petrus sacri pal. iudex et not. Frederici imp.

*Originale:* E. 56.

1549. *Lucca, 10 Dicembre 1186.*

Breve memorie, qualiter in Luc. civ., in domo Maconis de Calthoria, bonorum virorum presentia quorum nomina subter le-

guntur, Spina qd. Banbacelli per cartam, quam in sua detinuit manu, investivit Spinam qd. Lietori de sex petiis de terris, que sunt in l. et fin. Masse Macinarie, prope eccl. S. Raulenthii,[1] que tenent capita et latera, ut continetur in cartula inde scripta manu Accursi not.; quatenus Spina Lietori (et) sui heredes ac proheredes haberent et tenerent per tenimentum et perpetuam locationem, ad reddendum a(n)nuatim star. xx de musto per totum mensem sept. per affictum et pro pensione den. VI Luc. den.; que star. xx debent esse ad star. currente illius terre ad palmentum. Spina qd. Banbacelli spopondit et se suosque heredes ac proheredes obligavit non tollere suprascriptas sex petias, que est una ex eis cum capanna et curticella, et non facere aliquam superimpositam Spine vel suis heredibus ac proheredibus, sub pena quinquaginta libr. et consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. et potestatis, que Lucam et dominium sue terre distringeret; et Spina qd. Lietori convenit et promisit et se suosque heredes ac proheredes obligavit reddere a(n)nuatim star. xx de musto, ad star. illius terre et den. VI, ut superius est denotatum, sub pena L libr. et omnibus suprascriptis penis. In presentia: Angiori qd. Avani, Ildebrandi qd. Ramundini. A. MCLXXXVI, IV id. dec., ind. V. Guido iudex et not. sacri pal. domini Frederici imp.

*Originale:* S. 124.

[1] *Così l'orig. per* S. Laurentii

1550. *1186.*

« Carta tenimenti data ab eccl. S. Martini Brunicardo de Barga de omnibus illis terris, quas tenuerat predictus Gerardinus qd. Ranucci[1] a dicta eccl., preter terras quas dictus Gerardinus detinebat a predicta eccl. pro suo castaldatu; quas ei canonica non dedit; pro star. VII grani et sol. VII, cum quibusdam conditionibus. A. Domini MCLXXXVI ».[2]

*Regestum A, c. 4 v.*

[1] *Cf. il reg. n. 1547, cui si riferisce.* [2] *Il ms. aggiunge:* Hec reddita vendita est libr. quinquaginta, sine utilitate domus, a magistro Palmario camerario.

0238

# SCRITTORI

## CITATI CON ABBREVIATURA NELLE NOTE BIBLIOGRAFICHE.


BALUZII STEPH., *Miscellanea novo ordine digesta* ... opera ac studio I. D. Mansi.
To. I. Lucae, 1761.

BARSOCCHINI D., *Raccolta di documenti per servire alla storia ecclesiastica lucchese.*
In *Memorie e Documenti per servire all' Istoria del Ducato di Lucca.*
To. V, parte III. Lucca, 1841.

BERTINI D., *Raccolta di documenti per servire alla storia ecclesiastica lucchese.*
In *Memorie e Documenti* etc.
To. IV, parte II. Lucca, 1836.

CIANELLI A. N., *Dissertazioni sopra la storia lucchese.*
In *Memorie e Documenti* etc.
To. III. Lucca, 1816.

JAFFÉ PH., *Regesta pontificum Romanorum ab condita Ecclesia ad annum post Christum natum 1198.*
Berolini, 1851.

JAFFÉ-LOEWENFELD, *Regesta pontificum Romanorum ab condita Ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII.*
Lipsiae, 1885-88.

KEHR P., *Italia Pontificia.*
Vol. III, *Etruria.* Berolini, 1908.

— *Nachträge zu den Papsturkunden Italiens.* III.
In *Nachrichten der K. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse.* 1909.

MANSI I. D., *Sacrorum Conciliorum nova et amplissima collectio.*
To. XXI. Venetiis, 1776.

MIGNE I. P., *Patrologiae cursus completus, series latina.*
To. CLXXX, CC. Parisiis, 1855.

MITTARELLI I. B. et COSTADONI A., *Annales Camaldulenses ordinis sancti Benedicti.*
To. III, IV. Venetiis, 1758. ...

MURATORI L. A., *Delle antichità Estensi ed Italiane.*
To. I, par. I. Modena, 1717.

PFLUGK-HARTTUNG I, *Acta pontificum Romanorum inedita.* Zweiter Band.
Stuttgart, 1884-85.

RENA (DELLA) C. e CAMICI I., *Serie de' duchi e marchesi di Toscana.*
Firenze, 1764.

SIMONSFELD H., *Weitere Urkunden Friedrich Rotbarts in Italien.*
In *Sitzungsberichte der philos., philol. und der histor. Klasse der Kgl. Bayer. Akademie der Wissenschaften.* 1906. Heft III.
München, 1906.

STUMPF-BRENTANO K. F., *Reichskanzler vornehmlich des X, XI und XII Jahrhunderts.* Zweiter Band. *Verzeichniss der Kaiserurkunden.*
Innsbruck, 1865-1883.

— *Acta imperii inde ab Heinrico I ad Heinricum VI usque adhuc inedita.*
Innsbruck, 1865-1881.

# CONTENUTO DEL VOLUME

Abbreviazioni adottate nel testo . . . . . pag. vii

Documenti: dall' a. 1146 al 1186; nn. 1001-1550. . » 3

Scrittori citati con abbreviatura nelle note bibliografiche » 359

*FINITO DI STAMPARE*
*il giorno 20 di febbraio 1912*
*dalla Unione Tipografica Coope-*
*rativa di Perugia. Edizione*
*di 350 esemplari*